
UC-NRLF
$B 290 061

Ex Libris

TIMOTHY H. REARDEN

1839 - 1892

CLEVELAND • OHIO

SAN FRANCISCO • CALIFORNIA

Scholar • Poet • Jurist



C. A. Walborg

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XIX.

CONTINENS

ANACREONTIS CARMINA, SAPPHUS ET ERINNAE FRAGMENTA.

ED.

ERN. ANTON. MOEBIUS.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXVI.

ANACREONTIS,

QUAE FERUNTUR,

CARMINA,

SAPPHUS ET ERINNAE FRAGMENTA.

TEXTUM PASSIM REFINXIT BREVIQUE ANNOTATIONE ILLUSTRAVIT

ERN. ANTON. MOEBIUS.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXVI.

Gift of

Ruth Cowles Reardon
and
Anna Rearden Bäck

PRAEFATIO.

Pauca sunt, quae de consilio huius novae Anacreontis, Sapphus et Erinnae carminum editionis praemonenda censeam, quum eam ad designatam ab editoribus huius Bibliothecae summa doctrina et humanitate celebratissimis normam praescriptionemque ediderim. Etenim huius quidem instituti ratio publice in conspectu Bibliothecae Graecae ita descripta ac proposita est, ut lector benevolus suopte iudicio possit cognoscere ac statuere, num, quae conspectus illius auctores prudenter instituerunt, hac mea qualicunque opella consecutus sim. Primum temerariis plerumque recentiorum coniecturis eiectis, textum horum carminum dedi, quantum ex praesidiis, quae mihi obtigerant, et propter exiguam ingenii facultatem fieri licuit, accuratissime constitutum; tum

perpetuo respectu probabiliorum a viris doctis propositarum coniecturarum habito, annotationem criticam memorabiliorem, quae vel ad textum constituendum, vel ad sensum explicandum aliquid haberet momenti, adieci; denique textus recensiti interpretationem, quae praesertim veterum scriptorum editoribus curae cordique esse debet, paullo diligentiorem accuratioremque exhibui. Scribebam Detmoldiae, pr. cal. Quintiles CIↃIↃCCCXXVI.

De Anacreontis, Sapphus et Erinnae vitis ac carminibus.

I. Anacreon, ex urbe [1]) Teo, in media Ionia sita, oriundus, maxime floruit [2]) Cyri regis temporibus. Quem quum Asiam minorem devastantem vidisset, iam puer cum parentibus, qui una cum aliis Teiis victorum Persarum [3]) insolentiam effugere studebant, Abderam, Thraciae oppidum, confugit, unde in insulam Samum sese contulit, cuius

---

[1]) Vid. Suid. Poetam Scythini cuiusdam filium fuisse probare videtur herma Tibure reperta, cui haec inscriptio est addita: *ANAK... ΣΚΤ... THI...* Cf. Visconti Iconographie grecque. T. I. p. 74.

[2]) Floruit poeta intra Olymp. LXII. et LXX. Cf. Bayl. Diction. critique sub voc. Anacr. Harles. ad Fabric. Biblioth. Graec. T. II. p. 91 sq., ubi e loco Platonis male intellecto poetam Solonis cognatum fuisse serio docetur; vid. eius Charmid. p. 157. E. et p. 69. ed. Heind. Cf. Iacobs et Manso in scriptione elegantissima, hunc in libro, cui titulus: Nachträge zu Sulzer's allgemeiner Theorie der schönen Künste T. VI. Fasc. 2. p. 343 sqq., illum in Ersch. et Grub. allgem. Encyclop. sub voc. Anacr., quorum imprimis duumvirorum opera me cum summo usu fructum esse grata mente profiteor.

[3]) Vid. Herodot. I. 168 et 169. ac Strab. XIV. p. 644. C.

rex [4]) Polycrates eum postea ita in deliciis habebat, ut ne poetae quidem, quem a Smerdia, suo amasio, redamari vidisset, hanc ob causam [5]) irasceretur: etenim tantum gratia valebat apud tyrannum, ut vel duram eius mentem flectere [6]) scivisse putaretur. Quo mortuo, nam post undecim annorum regnum periit tyrannus anno Olymp. LXIV. quarto, Hipparchus, Pisistrati filius, Anácreontem navi quinquaginta remorum [7]) Athenas arcessivit, quo quidem loco, ut Simonides Ceus, quo Noster perfamiliariter usus est in domo Hipparchi, summo honore afficiebatur, atque suum fautorem aliosque Athenienses, quos colebat, carminibus [8]) suis laudabat, quae tamen fortuna ei non diu contigit. Nam Hipparcho interfecto, anno Olymp. LXVI. tertio, haud dubie Teum, urbem patriam, est reversus,

---

4) Vid. Suid. et Strab. XIV. p. 945. C. Orator, quem Oroetes Polycrati miserat, Anacreontem in conclavi regis vidit praesentem, Herodot. III. 112., quem idem Polycrates ob artem poeseos prae ceteris magni faciebat, Aelian. V. H. IX. 4. init.

5) Polycrates zelotypia commotus adolescentis capillum rasit, et illi quidem turpitudinem, Anacreonti vero dolorem se attulisse putavit. Cf. praeter Max. Tyr. Dissertat. XXVI. 1. p. 15. et Ael. V. H. IX. 4. med. etiam Athen. XII. 9. p. 540. c.

6) Arte sua mitius reddidit ingenium tyranni, uti narrat Maxim. Tyr. Dissert. XXI. p. 218. Dav. *Πολυκράτην ἡμέρωσε, κεράσας τῇ τυραννίδι ἔρωτα Σμερδίου, καὶ Κλεοβούλου κόμην, καὶ αὐλοὺς Βαθύλλου, καὶ ᾠδὴν Ἰωνικήν, κ. τ. λ.* Cf. eiusdem Dissert. XXIII. 5. p. 209. Quam familiariter cum tyranno vixerit poeta, id potest documento esse, quod is quinque talenta, quae a Polycrate dono acceperat, post duas insomnes noctes remisit. Cf. Stob. Floril. XLI. p. 508. Turic.

7) Vid. Plat. Hipparch. p. 228. C., quem locum ob oculos habuit Ael. V. H. VIII. 2.

8) Haec est Iacobsii sententia, qui hoc ex Platon. Charmid. p. 157. E. et p. 69. ed. Heind. conclusit.

quam propter tumultum Histiaei anno Olymp. LXXI. secundo ortum denuo reliquit atque iterum [9]) Abderam, ubi usque ad annum aetatis octogesimum quintum vivebat, commigravit. Licet non incredibilis [10]) videatur opinio eorum, qui Anacreontis ac Sapphus vitam in idem aliquod tempus incidisse censeant, tamen poetriam etiam Anacreontis amore arsisse commentis veterum, qui claros homines mutuo quodam amoris vel necessitudinis vinculo sibi cogitabant coniunctos, cum Athenaeo non invito animo adscripserim. Urbs Teus imaginem vatis Teii monetis suis [11]) ostende-

---

9) Vid. Suid. et Lucian. Macrob. c. 26. T. VIII. p. 130. Poetam in urbe patria diem supremum obiisse colligit Iacobs ex Simonid. Epigr. XLIX. Anall. T. I. p. 136., quo amicus amicum etiam post mortem ornavit: οὗτος Ἀνακρείοντα, τὸν ἄφθιτον εἵνεκα Μουσῶν Ὑμνοπόλον, πάτρης τύμβος ἔδεκτο Τέω, κ. τ. λ. Eum acino uvae passae interiisse suffocatum recte fabulis adnumeratur a Mohnick. in Gesch. der Lit. der Gr. u. Röm. T. I. p. 300. Hanc fabulam enarraverunt Plin. H. N. VII. 7. et Val. Maxim. IX. 12. extr.

10) Affert Athen. XIII. 8. p. 599. C. versiculos aliquot e libro tertio Elegiarum Hermesianactis (v. 49—52.), quibus Sappho dicitur amata esse ab Anacreonte, cui rei ipse addit repugnare ordinem temporis, quod Sappho vixerit Alyattae, patris Croesi, Anacreon vero Cyri et Polycratis temporibus. Cf. Fr. Gottl. Welck. Sapph. p. 52. not. 48. Minus bene Hermesianacti assentitur Volg. in Sapph. poetriae vit. p. XXIV. sq.

11) Sedentem figuram barbatam ac plectro lyram pulsantem in moneta Teia iure meritoque pro Anacreonte habitam esse putat Iacobs., qui l. l. contulit Pelerin. Supplem. III. p. 104. et Mus. Pembr. P. II. Nr. 80., ubi eius figura stat erecta, adscripto nomine. Cf. Viscont. Iconogr. III. 6. et Theocrit. Epigr. XVI. 3. In arce Athenarum fuisse eius statuam refert Pausan. I. 25. καί οἱ (Ἀνακρέοντι) τὸ σχῆμά ἐστιν, οἷον ᾄδοντος ἂν ἐν μέθῃ γένοιτο ἀνθρώπου. Cf. Leonid. Tar. Epigr. 37. et 38. in Iacobs. Anth. Gr. I. p. 163. et in Anacr. ed. Fisch. p. 499 et 500. Vett. celeberrimos cives monetis suis repraesentare solebant, cf. Welck. Sapph. p. 9.

bat expressam, atque in arce Athenarum eius statua tanquam senis ebrii cantareque gestientis conspiciebatur.

Poesin Anacreontis totam esse amatoriam Musamque lyrici senis cum multo Venerem confundere vino praecepisse, iam docuerunt Cicero et Ovidius, ille in Tusc. Quaest. IV. 33, 71., hic in Trist. II. 36, 3 et Art. amat. III. 329. Atque sic se res habet. Procul dubio Anacreon inter poetas amatorios, qui sine controversia ante eum exstiterunt multi, etiamsi non aetate, tamen indole et moribus primo loco est ponendus. Excellebat enim ingenio facili et amoeno, urbano ac liberali, tantaque animi hilaritate et morum lenitate, ut unice vitae voluptatibus intentus procul a curis ac sollicitudinibus, quoad eius fieri potuit, modeste et hilariter omnibus, quae hora ei afferebat [12]), frueretur gaudiis. Itaque Musis, Amori et Baccho imprimis [13]) litabat, pulchrasque et puerorum et puellarum formas admiratus cantu celebrabat omnes, atque ipsius amoris illecebris inebriatus, tamen, si Maximo Tyrio et Aeliano [14]) fides, more Socratico intemperantia aut incontinentia abstinebat. Quamvis enim licen-

---

12) Laudatur Anacreon vitae cursum cantans tenuisse ab Antip. Sidon. Epigr. LXXII. 7—8. Vid. Od. XXXIX. p. 62.

13) Vid. Antip. Sidon. Epigr. LXXIII. 9—10. *Τρισσοῖς γάρ, Μούσαισι, Διωνύσῳ καὶ Ἔρωτι, Πρέσβυ, κατεσπείσθη πᾶς ὁ τεὸς βίοτος.*

14) Vid. Maxim. Tyr. Dissertat. VIII. p. 96. Dav. et Ael. V. H. X. 4. med. Cf. Iacobs. l. l. et Harl. ad Fabric. Bibl. Gr. p. 61.

tior [15]) Ionum sapientia *) atque fervidior ad vitae iucunditatem propensio bonam poetae famam laeserit, quia ab ipso sobrio [16]) ebrietatem fingi vel ignoratum erat multitudini, vel etiam persuasum vitam hominum repraesentatam [17]) esse in eorum scriptis; tamen eius carmina a veterum intelligentioribus laudantur et dulcia et venusta ac veneratione [18]) digna, unde non solum honorificentissimis, quibus poetae mores ac carmina probarent, eum impertiebant appositis **), nam dicebatur ὁ ἥδιστος, ὁ

---

[15]) Vid. Aristoph. Thesmoph. 161—164.

*) [Fortasse: mollities Ionica. In Encyclop. l. c. p. 451. quidem legitur: Denn so ihn schon seine Ionische Weisheit und der Hang zum Genufs in übeln Ruf gebracht. Sed hic est typographi error. Scripseram equidem: seine Ionische Weichheit, praeeunte Aristophane in Thesmophor. v. 165 ss. F. I.].

[16]) Vid. Athen. X. 7. p. 429. B.

[17]) Vid. Franck. vit. Iuvenal. p. V.

[18]) Vid. Iulian. Misop. p. 337. A., cuius sententiae accedit Plutarch. Symposiacc. VII. ed. Franc. 1620. II. p. 711., p. 324. ed. Hutten. ubi unus e convivis eos reprehendit, qui putarent Platonem debere in vino animi causa audiri, haec dicens: ὅτε καὶ Σαπφοῦς ἀναδεχομένης, καὶ τῶν Ἀνακρέοντος, ἐγώ μοι δοκῶ καταθέσθαι τὸ ποτήριον αἰδούμενος. Cf. Scol. ap. Fisch. p. 239. ed. Anacr. III. Itaque versus Anacreontis etiam in conviviis esse recitatos recte suspicatur Ilgen. in Disquisit. de Scol. poesi p. 156. Et forsan magna pars horum odariorum hilaritati conviviorum festivitatique originem debet, eamque ob causam poeta parum accuratus in servanda metri lege deprehenditur. Vid. Horat. Epodd. XIV. 9 sq.

**) Vid. Athen. XIV. 8. p. 634. C. XV. 4. p. 674. C. IX. 8. p. 463. A. XV. 3. p. 671. E. Maxim. Tyr. Dissert. VIII. p. 69. et Plat. Phaedr. p. 235. C. Steph. et p. 213. ed. Heind. Cf. Athen. XIII. 8. p. 600. D. Horat. Odd. IV. 9, 9. Egregie Simonides poetam mortuum carmine celebrat, quum perennitatem eius carminibus et barbito etiam apud inferos dulces sonos auguretur. Cf. eius Epigr. LV. 9 — 10. μολπῆς δ' οὐ λήθει μελιτερπέος, ἀλλ' ἔτ' ἐκεῖνον Βάρβιτον οὐδὲ θανὼν εὔνασεν εἰν Ἀΐδῃ. Anth. Gr. I. p. 69. An. I. p. 13.

καλὸς, ὁ μελιχρὸς, ὁ χαρίεις ποιητής, sed etiam in iis locis, ubi non de sola carminum pangendorum facultate loquerentur, simpliciter τὸν σοφὸν appellabant. Sed huic veterum iudicio, qui eius odaria quinque libris complexa [19]) norant, non respondere videntur haec quinque et quinquaginta carmina, quae Henr. Stephanus e duobus codicibus, quorum unum in charta corticea, alterum in membranis scriptum fuisse aiebat [20]), edi curavit, postea quoque in Anthologiae manuscripto [21]) Palatino, sed ordine ab eo,

---

19) Vid. Crinag. Epigr. XIV. An. II. p. 143. Anth. Gr. I. p. 131. Anacr. ed. Fisch. III. p. 507. *Βύβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν τεύχεϊ τῷδε Πεντὰς ἀμιμήτων ἔργα φέρει Χαρίτων, ἃς πρέσβυς ἡδὺς Ἀνακρέων ὁ Τήϊος Ἔγραψεν ἢ παρ' οἶνον, ἢ σὺν Ἱμέροις κ. τ. λ.* Suid. *καὶ συνέγραψε παροίνιά τε μέλη, καὶ ἰάμβους, καὶ τὰ καλούμενα Ἀνακρεόντεια.* Sed paullo ante eius *ἐλεγείων* mentionem fecerat. — De diverso horum carminum ordine vid. Mehlhorn. Prolegg. p. 33 sq. In nostra editione Steph. ordini additus est is, qui legitur in codice Palatino.

20) Parisiis a. 1554. forma quaternaria, vid. infra. Horum codicum alterum a Io. Clemente, Anglo, eum accepisse, alterum ex Italia secum tulisse testatur Baylius. Sed quum Steph. de iis nihil omnino accuratius exposuerit et praeterea saepe alias gloriatus sit sese in edendis veterum auctoribus usurpasse codices, multum de eius fide hac etiam in re addubitatum est. Nihilo minus tamen hos codices exstitisse bonosque fuisse et antiquos, ex eo colligas, quod eadem odaria, typis inde descripta, fere omnia in optimo ac pervetusto exemplo Vaticano reperiuntur. Si fides Baylio, Stephanus mentis paene expers ante mortem suam utrumque codicem cum multis aliis libris manu exaratis delevit. Cf. Fabric. Bibl. Gr. et praesertim Fisch. in praefat. ed. Anacr. II. p. XXII. not. 33 sqq.

21) Hic codex praestantissimus, e bibliotheca Palatina Heidelbergensi primum Romam, deinde Parisios (ubi nunc sit, non liquet), ablatus, saeculo circiter decimo est scriptus continetque Constantini Cephalae Anthologiam et Anacreontea undesexaginta vel potius duo et sexaginta, quorum minus accuratam collationem iam pridem instituit Barnesius, sed multo accuratiorem exhibuerunt Levesquius et Spalettius, ille in libro, qui inscriptus est: Notices et extraits cet. T. V. p. 465 sqq., hic duabus editionibus

qui in libris Stephanianis est, plane diverso, reperta, ubi μέλη παροίνια, ἴαμβοι et Ἀνακρεόντεια inscribuntur atque ita tanquam antiquiora cum recentioribus et spuriis commixta innuuntur. — At quanquam plurima Anacreontea alios eosque iuniores habeant auctores, tamen ex antiquioribus nonnulla fortasse etiamnunc supersunt, licet nullum horum carminum praeter decimum septimum, duos versiculos (sextum ac septimum) duodequadragesimi, cantiunculam quinquagesimam quartam, quintam, septimam et octavam ac nonnulla fragmenta et epigrammata fide historica vati Teio adscribere[22]) possis. Atque hanc etiam ob[23]) causam Fischerus cum

codicis scripturam exprimentibus, altera aeri splendidissime incisa, a. sup. saec. 81., altera vulgaribus typis exarata, a. sup. saec. 83., cuius inscriptio haec est: Ἀνακρέοντος Τηΐου Συμποσιακὰ ἡμιάμβια. Romae, 18 plagg. fol. max. Sed hae editiones valde inter se discrepant, earumque fides, imprimis aeri incisae, admodum est suspecta. Cf. Fabric. Bibl. Gr. et imprimis Mehlhornii Prolegg. eius editioni Anacr. praemissa p. 2 sq., cui librarius Cod. vitiosissime saepe scripti permulta videtur aut non intellexisse aut legere non potuisse.

22) Carmen XVII. protulit Anacreontique adscripsit Gellius in Noctt. Att. XIX. 9. atque hos versus supra memoratos citant Hephaest. in Enchirid. p. 16. Pauw. (vid. Schol. Heph. p. 167. ed. Gaisf.) et Schol. Aristoph. ad Plut. v. 302. Praeterea Anacreonti tribuitur cantiuncula LIV. a Stob., LV. ab Athen., LVII. ab Eustath. et Hephaest. et LVIII. ab Heraclid. Pont., vid. quae ad haec carmina notavimus. His fragmm. auctoritas αὐθεντίας non deest, ut XXVII. (ξς′) XXXVI. (ξζ′) et XXIX. (ξη′). Cf. Mehlh. Proll. p. 35. Sedecim haec epigrammata, quae Anacreonti adscribantur, digna, Iacobs. recepit in Anth. Gr. T. I. p. 54–57. Eorum omnium argumentum inscriptionis simplicitati respondere videtur. Cf. Iacobs l. l. et Mehlh. Proll. p. 6., qui has cantiunculas veterum testimonio Anacreonti tributas a plurimis reliquis non ita differre putat, ut diversae originis suspicio recte inde concipiatur.

23) Quum minor Anacreonteorum pars superesse videatur, quid mirum, si nihil eorum praeter nomen et gloriam apud vete-

viris doctis pluribus de horum carminum auctoritate permultum [24]) detrahit, in primis quum neque ullus veterum Grammaticorum ac Scholiastarum, qui ex carminibus deperditis plura hinc illinc attulerunt, horum, quae nunc oculis usurpamus, unum alterumve laudaverit, neque Horatius, poetarum lyricorum studiosissimus, imitando expresserit. At quum plurima Anacreontea hominum et temporis iniuria [25]) perierint,

---

res auctores inventum sit? Cf. diversas de hac re opiniones apud Fisch. in praefat. Anacr. II. Vid. Mansonis scriptio supra laudata et Mehlh. Proll. p. 9. Eadem fere censuit Wolper. in comment. de antiquitate carmm. Anacr. p. 9. Huc accedit, quae huius viri est sententia, quod carmina in primis convivalia ore populi circumlata interque epulas per totam Graeciam decantata, hic illic aliarum dialectorum formas, relictis tamen dialecti Ionicae vestigiis, recipere potuerunt. Quid multa? Recte etiam genuinam formam librariis esse obscuratam cum Mehlh. suspiceris, cuius vid. Proll. §. 6. p. 6.

24) Vid. Fisch. praefat. ed. Anacr. II. p. XIV. sqq. Fuerunt etiam post Fischerum, qui haec carmina poetae abiudicarent, quia iis plerumque desit divinior quodammodo spiritus severiorque verborum ac sententiarum gravitas, quae in Anacreonteam aetatem cum maxime cadere videatur, vid. Mohnick. not. p. 309. in libro ad n. 9. citato, cui tamen opinioni non assentiuntur Mans. de ingenio carminis Anacr. in scriptione ad n. 2. memorata pereleganter disputans, et Wolp. ad n. 23. citatus, qui Mansonem hac in re sequitur et Anacreontem »temporis fugacis gaudia captantem et rerum hominumque a se remotiorum incuriosum hilare pectus illico, quum laetitia quasi exaestuaret, in cantus effudisse« suspicatur. En cetera eius verba: Simplicitate et hilaritate magis delectant (haec carm. sc.), quam compositionis arte, sententiarum magnificentia et dictionis ubertate alliciunt. Animum suaviter afficiunt, neque vero mentem graviter commovent. Nil artificiosi in eis; nil, quod longius petitum sit. Omnia secundum naturam simplicissime adumbrata.

25) Vid. ad n. 19. Scripsit Anacreon Ἐλεγεῖα, παροίνια μέλη, ἰάμβους et τὰ καλούμενα Ἀνακρεόντεια, quorum, excepto genere quarto, cuius longe minima pars superesse videtur, nihil ad nostra tempora pervenit, vid. ad n. 19. et Mehlh. Proll. p. 5. cum Wolp. p. 9., collato Mansone.

quis facile factum esse neget, ut Scholiastae aliique auctores veteres horum pauculorum, quae aetas tulit, carminum intactam memoriam relinquerent? Ad hoc poeta Venusinus a sene Teio orationis limatae colore et lyricae dictionis severitate atque numeris versuum ita discrepat, ut ille hunc imitari neque voluisse videatur, neque potuisse. Iam gravissimum argumentum attingo, quo ducti complures viri docti haec odaria ad posteriores aetates detrudunt. Nam licet ea composita esse tradantur dialecto Ionica, nulla tamen, vel pauca tantum vestigia iis impressa [26]) putantur. At haec res nunquam

---

[26]) Etiamnunc Ionicae dialecti vestigia in his poematiis reperiuntur. Huc pertinet a) legitima positio vocalis η̄ pro vocali ᾱ, quae servatur per integra carmina II. III. IV. V. VI. VII. IX. XIII. XIV. XX. XXI. XXII. XXVIII. XXIX. XXXII. XXXIII. XXXV. XXXIX. XL. XLIII. XLV. XLVII. LIV. LVI. cet. In carmine IX. contraria tantum forma ἐλευ-
ο η
θέρην et λαλιστέραν deprehenditur, et XXXV. 14. σιδωνίαν
α
ac XLVII. 2. χορευτην legitur, ubi ipsum librarium haesitasse conspicuum est. b) contractio formarum ἐμεῦ, μεῦ, σεῦ, quae, Od. XXI. excepto, constanter servatur, vid. Odd. XI. 5. XII. 3, 5, 8. XIII. 16. XXXIII. 6. XXXIX. 2. cet. Wolp. conferri iubet carm. III., ubi legitur κέαται, μεῦ, θυρέων, φαρέτρην, ἱστίην, καθίξας, παλάμαισι, νευρή, καρδίην. c) adspiratio neglecta, quod in litera τ est factum, ut in Odd. III. 1. XIV. 14. XVII. 7. XXXI. 10. LI. 18. LXIV. 1., quibus in locis Mehlh. adspirationem sustulit. d) usus, prouti numeris aptum esse videbatur, solutionis formarum pro contractis, ut in Od. III. 5. IV. 12. VII. 6. IX. 5. XVII. 16. XXVIII. 4. XXXIX. 11, 18. XLIII. 12, 13. XLIV. 7. e) productio vocalium, minus Ionicae dialecto, quam antiquo epicorum sermoni propria, ut in Od. I. 4. III. 7. V. 7. VI. 11. XIII. 3. XIV. 10. XV. 14. XLV. 10. cet., et denique usus nonnullarum eiusmodi formarum epicarum, ut δαφνηφόροιο, XIII. 6. φιλολοιδόροιο, XLII. 10. γαῖα, XXXVII. 10. κεισόμεσθα, ὀλλύμεσθα, IV. 9. XLVI. 13. ὁππόσον, πόλεσσιν, χαρίτεσσιν, X. 7. XXXII. 12. V. 11. κεῖνα, XLIII. 5. atque augmenti omissio, ut VIII. 12. XLIX. 1, 6. cet. Haec fere debentur Mehlhornio, qui recte de Anacreontis Ionismo mihi videtur disputasse, nul-

ad liquidum confessumque perduci poterit, quia codices Stephaniani disparuerunt neminique, praeter Stephanum, plures codices, quam Vaticanum, inspicere contigit, neque etiam historia textus, quam dicunt, cognita satis est atque perspecta. Quae quum ita sint, mihi visum est sententiam amplecti eorum, qui statuunt plura carmina, nam hilarae cuiusdam levitatis, suavis nequitiae atque elegantis leporis sunt plena, etsi non cum summa probabilitate Anacreonti[27]), ta-

---

lum cum Hermanno contendens poeseos genus reperiri, quod puram omnino gentis cuiusdam linguam exprimat. Cf. Herm. Dissertat. de Pind. dialecto, edit. a. 1809. p. IV. et de Graec. linguae dialectis, ed. a. 1807. p. VI. Fragmenta adeo ea, quae metro sunt conscripta Anacreonteo, non plures habent Ionismos. Sed quid de Doricis formis, quae in duodecim carminibus occurrunt, statuendum? Licet poetae, in primis seriores, qui uterentur sermone studiose concinnato, Doricis Ionicae dialecto passim formis modeste immixtis maiorem conciliare viderentur sonum, ut docuit Iacobs. ad Anth. Pal. p. XL. sqq.; tamen in his carminibus haec fere statuit Mehlh. Proll. 9 sqq.: Od. X. nihil parit difficultatis, quia poeta ipse se Dorica dialecto usurum ait. Dorismus καθίξας, θερίξω, ψαλίξω, qui occurrit in Odd. III. 19. XII. 4 et 7., etiam ab aliis poetis, qui non sunt Dorici, usurpatur, vid. Buttm. gr. Gr. max. p. 388., atque hanc ob causam nihil habet offensionis. Carmina VI. XXIII. XXVII. XLV. XLVI. XLIX. LII serioris temporis originem produnt, licet Od. VI. XLV. et LII. melioribus adnumeranda esse videantur, cf. quae ad carm. LII. notavimus. Dorismus Od. I. 3. ἁ βάρβιτος propterea adhibetur, ut instrumentum musicum peregrinum hac articuli forma peregrina indicetur et XVII. 3. forsan πανοπλίας legendum, quod auctore Mettario (Maittaire) exhibent vett. Gellii editiones.

27) Wolp. p. 22. haec fere carmina I. II. III. IV. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XVII. XIX. XXI. XXX. XXXIII. XXXVIII. XL. XLIII. XLIV. XLV. omnia Anacreontis Musa dignissima et metro perfectissima iudicavit. Sed non video, cur hoc posito atque concesso nonnulla alia hoc numero exemerit. Nam quis v. c. carmen XXVIII. vate Teio non dignissimum iudicet, in primis quum poeta, cuius tempore ars pictoria nondum ita floruit, pictorem amicae pulchritudinem depingere eo tantum consilio iubeat, ut ipse eam fusius cantu celebret. Aliter res habet de carmine XXIX., quod est imita-

men meliori neque seriori literarum Graecarum aetati esse tribuenda, cetera vero pauciora salebrosa, ἄμετρα, mirum in modum nugatoria et inepta atque a lingua et stilo fragmentorum alienissima, quippe Musa vatis Teii valde indigna, e numero Anacreonteorum excludenda. Etenim sicut priscis temporibus erant, qui studium operamque ponerent in poetarum praestantissimorum carminibus aemulandis, ita etiam reperiebantur, qui argumenti suavitate et Anacreonteae dictionis facilitate capti, quanquam invita Minerva, tamen in eodem genere elaborarent[28]). Cf. Ilgen. in praefat. ad hymnos Homericos p. XII—XIV.

Permagnus est nostris temporibus editionum Anacreontis numerus. Primus LV. odaria cum animadversionibus, subiunctis aliis quibusdam Anacreonteis et Alcaei car-

---

tie praecedentis et fructus serioris aetatis, quippe quod in eo pulchrae nonnullorum deorum statuae memorantur.

28) Absque dubio imitatoribus debentur Odd. V. XV. XVIII. XXIII. XXIV. XXVII. XXIX. XXXVI. XXXIX. XL. XLI. XLII. XLVI. XLVIII. XLIX. L. LI. LII. LIII. Auctor carminis XXIX. singula paene verba odarii XXVIII. imitatus est, et ab eius castitate et simplicitate longissime recedit, cf. Mehlh. Proll. p. 25 sq. et Wolp. p. 19 sqq. Vetus prosodia non servatur in Od. XVIII. et XXIV., nam continent ea versus politicos, vid. El. metr. p. 487. et Mehlh. l. l. p. 32. Consulas de metro Anacreonteo Hermanni El. metr. p. 473 – 504. et Mehlh. Proll. p. 14 sqq., qui post Hermannum accuratissime de hac re disputavit. Neque praetereundus liber Io. Henr. Vossii, nuper virtute, meritis et doctrina inter divos relati, inscriptus: Zeitmessung der deutschen Sprache, qui etiam versum Anacreonticum primitivum duobus Ionicis a minore constare docuit.

minibus ac duobus Sapphus odariis, Henr. Stephanus edidit Lutet. 1554. 4. Dein Taneguid. Faber cum notis eruditis, in quibus multorum carminum antiquitas oppugnatur, Salmurii 1660. 12. Anna Dacieria, elegans et perdocta sui temporis femina, quae textui Stephaniano adiunxit interpretationem Gallicam, sermone pedestri scriptam, et notas eruditas Latinas, quibus saepius a patre Fabro discedit. Parisiis 1682. 8. Amstelod. 1693. 12. et saepius. Mich. Mettarius, cum versione Latina metrica notisque variorum et ipsius editoris atque indice. Londini 1725. 4. Est editio splendida ac perrara, nam centum tantum exemplaria typis exarata esse dicuntur. Guilielmus Baxter, quocum nova quasi lectionis Anacreonteae incipit aetas; sed Baxter textum saepe nimis temere et audacter mutavit suamque editionem praeterea conviciis in Barnesium, qui eius audaciam reprehenderat, effusis mirum in modum deturpavit. Prodiit Londini 1665 et 1710. 8. Iosua Barnesius, qui adhibitis Scaligeri, Salmasii et Dan. Heinsii coniecturis novam textus recensionem ad fidem codicis Palatini ab Is. Vossio parum quidem accurate collati instituit, fragmentis aliisque accessionibus (nam de metris, de vita et aetate poetae copiose exposuit) auxit notisque doctis explicuit, sed Ionica dialecto ubivis fere infarsa ac poetam numeris suis restituendo nimium sibi indulsit. Prodiit Cantabrig. 1705 et 1721. 8. Io. Cornel. de Pauw, qui novam horum odd. recensionem dare promisit, sed ingenio, quo gaudebat

acutissimo, abusus immoderatum sese gessit criticum atque temerarium, nec pauca eaque pervenusta carmina iunioribus et ineptis auctoribus attribuit. Itaque eius audaciam castigavit Dorvillius in Vanno critica, Amstelod. 1737. 8. Prodiit haec editio Traiecti ad Rhen. 1732. 4., nam in edit. a. saeculi super. 1753. frons tantum libri est mutata. Sed his editionibus facile supersedebit, quisquis Fischerum dumtaxat habet, qui Anacreontis carmina Lips. 1793. 8. cum Baxteri, Stephani, Fabri suisque uberrimis et criticis et grammaticis animadversionibus ac plenissima lectionis varietate tertium edidit, vid. de Spalettianae editionis lectione ad n. 21. Quanquam senex doctissimus pessimam Baxteri recensionem repetiit, tamen hac sua opera perbene de Graecis literis meruit: primum enim huic tertiae editioni praefationem editionis secundae addidit, in qua de editionum variarum pretio ac de iis rebus, quae ad rem horum carminum literariam pertinent, diligentissime disserit et non sine ingenii subtilitate, num haec carmina recte Anacreonti tribuantur, quaerit, tum etiam numero fragmentorum aucto poetarum Graecorum epigrammata in Anacreontem adiecit. Cf. Mehlh. praef. p. VI. Nova plane est Brunckii recensio, qui Spalettiano Cod. Pal. apographo ac Salmasii, Lennepii aliorumque coniecturis usus, emendatiorem quidem Anacreontem exhibuit, sed ingenio quoque nimium indulgens multa obiter, nullis additis rationibus, emendavit. Eius editio, quae Argentorati 1778. 12. et ibidem 1786. 12. bis

eodem die prodiit[29]), repetita est cum praefatione G. H. Schaeferi, Lips. 1811. et 1817. 12. Taceo agmen eorum editorum, qui maxime Brunckii vestigia legerunt, e quorum numero tamen eximendus Bothius, qui vir doctissimus haud dubie iuvenili ardore correptus temerariam criticam in plurimis locis, etiam incorruptis, paullo inconsideratius exercuit. (Prodiit haec edit. Lips. 1804. 12.) Quae quum contra eum in mea Anacr. editione Halae 1810. typis exarata tueri vellem, non raro eandem ob causam in idem incucurri vitium. Bene igitur de Anacreonteis meruit Boissonadus, qui Anacreontis reliquias, Basilii, Iuliani et Pauli Silentiarii Anacreontica curavit, Parisiis 1823. 12. Editor clarissimus, ut suis ipsius verbis utar, hanc legem sibi sanxit, „ut a Brunckii, viri ingeniosissimi, sed saepius audacioris, recensione passim recederet et Vaticani codicis scripturam, quantum fieri posset, restitueret." Boissonadi editionem nondum viderat Mehlhornius, qui Anacreontea secundum Levesquii collationem cod. Palatini recensuit, strophis suis restituit, Stephani notis integris, aliorum selectis suisque illustravit,

29) Hae editiones textu multoque magis animadversionibus inter se discrepant. Alterius titulus haec verba addita habet: editio secunda emendatior; alterius haec: editio nova locupletior, quae curas Brunckii novissimas tenet. Ambae editt. in tabernis librariis iam dudum frustra quaeruntur. Cf. Schaef. praef. et Ersch. und Gruber. Encycl. V. Brunck. XIII. p. 220. not. 4.

Glogav. 1825. 8. Hic vir post Fischeri curas in haec carmina omnium diligentissime et accuratissime inquisivit, eorumque crisin doctissimis Prolegomenis ac notis criticis et grammaticis egregie adiuvit ac priorum editorum conamina non raro acutissimo iudicio subiecit. Sed tamen, an ubivis eius stropharum descriptioni assentiare, equidem addubito. Quae hisce viris mea editio debeat, et ubi ab iisdem recedendum putaverim, animadversiones meae indicabunt. Ceteras editiones et interpretationes vernaculas qui cognoscere volet, is adeat praeter Fabric. Bibl. Gr. II. p. 91 sqq. Harl. et Krebs. Handbuch der philologisch. Bücherkunde I. p. 66 sqq. in primis Fr. Ad. Eberti allg. bibliogr. Lexic. I. p. 51 sqq.

II. Sappho, Scamandronymi [1]) filia, Lesbia Mitylenensis, aequalis ac popularis Alcaei itidemque ab eo adamata [2]), Alyattae, patris Croesi, temporibus circa Olymp. XLII. vel XLIV. poeseos laude floruit. Cercolae [3]) cuidam, ex Andro, insula maris Ae-

---

[1]) Sic refert Herodot. II. 135. Quare plura alia poetriae patris nomina, quae Suidas commemoravit, hic enotare piget.

[2]) Confessionem amoris, quo Alcaeus complecteretur poetriam, eiusdemque nobile responsum nobis conservavit Aristot. Rhet. I. 9, 20. Sed quo effectu Alcaeus id fecerit, nil constat. Vid. ad Anacr. n. 10. et Iacobs. sub voc. Alc. in Ersch. et Grub. Encycl. univers. Cf. Volg. Sapphus vit. p. XXIV. sq.

[3]) Vid. Suid. Ex hoc viro genuit filiam, aviae nomine denominatam, cf. Hephaest. 55. 19., ubi mater ipsa filiae laudem ita canit: ἔστί μοι καλὰ πάϊς, χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν ἐμ-

gaei, oriundo opibusque affluenti, nupta erat: quo forsitan morte absumto, Phaonis[4]), pulchri iuvenis, amore exarsit, qui tamen, ut fama percrebuit, eius ignibus non respondens, mox in Siciliam aufugit. Quam ob rem poetria in furorem acta iuvenem, quem perdite amabat[5]), persecuta et, quum eius amorem mutuum denuo excitare non posset, eo amoris cruciatu et insania adacta esse dicitur, ut sese e promontorio[6]) Leucate in mare praecipitaret. Sed haec narratio iam a veteribus est in dubium vocata, et ipse Athenaeus poetriam a seriore Sapphone, Eressia, disertis verbis distinguit atque istam

---

φερῇ ἔχοισα μορφήν, *Κλεῖς ἀγαπητά*. Vid. Maxim. Tyr. Dissert. XXIV. p. 297. et Volg. Sapph. fragm. p. 94 sqq.

4) Amor erga superbum Phaonem, qui praecipue a poetis comicis exaggeratus esse videtur, in proverbium abiit. Plaut. mil. glor. IV. 6, 37 et 38. Nam nulli mortali scio obtigisse hoc, nisi duobus, Tibi et Phaoni Lesbio, tam misere ut amarentur. Cf. in primis Welck. Sappho p. 87 sqq.

5) Poetria in Siciliam commigravit a. ante Chr. nat. 592. Sed incertum est, utrum civiles Mitylenensium motus fugerit, an, ut Ovidius indicare videtur, Phaonem persecuta sit; Heroid. XV. 52. Marm. Par. Ep. 37. Vid. Welck. Sapph. p. 7. sq.

6) De Leucate promontorio, quod erat ad insulam Ionii maris cognominem, in mare praecipites se misisse dicuntur ii, qui ignem amoris vellent exstinguere, qui saltus simpliciter *ἅλμα τῶν ἐρώντων* dicebatur. Cf. Strab. X. 87. *ἔχει δὲ* (sc. *ἡ πέτρα λευκὴ τὴν χρέαν*) *τὸ τοῦ Λευκάτα Ἀπόλλωνος τὸ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένον· οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ --- ἁλέσθαι*. Utut res sese habet, masculam Sapphonem, amoris oestro percitam, se, ut mereretur, in mare dedisse praecipitem, non est, quod plane neges, cf. Welck. Sapph. p. 100. Idem ob infelicem amorem fecit Calyce apud Stesichor. in Athen. p. 619. D. Vid. Welck. p. 103 et Mannert. Geogr. der Gr. u. Röm. VIII. p. 75.

e petra [7]) Leucate in mare desiluisse contendit. Nihilo minus tamen male suspiceris hoc ipsum Sapphus nomen fatumque minus cognitae causam permutandae utriusque feminae fuisse eaque permutatione ipsa factum esse, ut hic saltus nobilissimae vati, quae omnium admirationem in se convertisset, adscriberetur. Etenim nonnullorum opinionem non directe reprehenderim, poetriam ipsam, ut duae Sapphones vixisse crederentur, causam exstitisse, quippe quae vel [8]) Eressi nata sit, vel etiam propter civiles Mitylenensium seditiones, antequam in Siciliam confugeret, in urbe Eresso perfugium rebus adversis quaesiverit. Sed ista quidem opinio posterior, qua probabili tantum ratione narrationis diversitas tollitur, forsan eodem modo reiicienda, quo iam

---

7) Vid. Athen. XIII. p. 596. E. Καὶ ἡ ἐξ Ἐρέσου δέ τις ἑταίρα Σαπφὼ τοῦ καλοῦ Φάωνος ἐρασθεῖσα περιβόητος ἦν. Ael. V. H. X. 19. p. 576. ed. Kühn. πυνθάνομαι δὲ, ὅτι καὶ ἑτέρα ἐν τῇ Λέσβῳ ἐγένετο Σαπφώ, ἑταίρα, οὐ ποιήτρια. Sed hic meretricem a poetis comicis fictam tanquam veram personam a poetria diversam intellectam esse censuit Welck. p. 143. Cf. Hesych. Miles. p. 36. Meurs. et Strab. l. c.

8) Sappho, Eressi nata, civis Mitylenensis erat. Cf. Welck. p. 141 sq. Volg. in poetriae vit. p. XX. Sapphonem ob carminis laudem civitate donatam esse ab hac urbe vel eius maritum fortunarum sedem ibi habuisse vatemque cum eo hic loci commoratam esse suspicatur. Parum momenti habet, quod Fr. Schlegel. (Griech. und Röm. p. 292 et 294) putat, a Sapphone forsan propter seditiones publicas patriam esse relictam, cui suffragari non debuit Viscontus (Iconographie grecque T. I. 2 et 3.), cf. doct. Ephemeridd. Gotting. a. 1812. fasc. I. 2. p. 1-16. Male Viscont. utramque feminam, poetriam et meretricem Eressiam, permutatam esse censuit, quem bene refutavit Welck. p. 138. not. 73.

ab Athenaeo est refutata[9]) Hermesianactis, poetae elegiographi, sententia, cui etiam assentitur[10]) Blomfieldus, qui recte contra Volgerum, poetriam Anacreontis aequalem fuisse evincere studentem, disputasse videtur. Haec hactenus de Sapphus vita, quae, sicut omnis de celebribus antiqui temporis poetis narratio, variis iisdemque a vero valde deflectentibus descriptionibus depravata est atque corrupta.

Quod poetici ingenii laudem attinet, haec pauca, quae ad nostram aetatem pervenerunt, tanquam monumento historiali possunt inservire. Tantum enim Sapphici carminis ratio discedit a quavis huius generis alia, sive vim orationis, quae res et personas tangit, sive eius tenorem et tractationem, quae vel ad singula descendit, spectes. Peculiaris ambarum odarum forma atque indoles vetustum prodit tempus, estque, uti gentis Aeoliae, ad quam Sappho pertinebat, quanquam ipsa fervidiore animi ardore esset incensa, tamen liberalis et ingenua. Nulla res, nulla cogitatio dubia est vel ambigua, sed simplex et certa, neque dedita opera vestitu orationis ornata. Sensus vel doloris, vel voluptatis tam verus est tamque quasi a natura profectus, ut legentis

9) Vid. Athen. XIII. 25. et not. ad Anacr. vit. 10.

10) Idem docuit Iacobs. in Ersch. et Grub. allgem. Encycl. sub voc. Alcaei et Anacreontis. Vid. Blomfield. in Museo critico (classical-researches), Cantabrig. et Lond. 1818. fascic. II. p. 250-252., collato Supplement. Sapph. T. I. p. 1-31.

animum usque ad extremam vocem summa oblectatione [11]) afficiat. Itaque iam antiquitus tantam assecuta est laudis famam, ut a Platone [12]) et nonnullis poetis decima Musa, ab Hermesianacte [13]) luscinia atque ab aliis simpliciter poetria [14]) ac muliebris Homerus vocitata sit. Quin Strabo [15]) totius antiquitatis iudicium videtur extulisse, quum eam admirandam dicit, nullamque unquam exstitisse feminam, quae cum Sapphone quodammodo comparari possit. Neque minus Plutarchus [16]) contendit eam,

---

11) Vid. Welck. p. 12. et Boeckh. in Wolfii et Buttm. Museo studiorum antiquitatis p. 176 et 208., ubi simul de eius metro, cuius erat inventrix, fusius disputatur.

12) Vid. Platon. Epigr. XII. in Anth. Gr. T. I. p. 105. Antipat. Sidon. Epigr. XLVI. ib. T. II. p. 9. Epigr. LXX. ib. T. II. p. 25. cet.

13) Hermesian. Eleg. (apud Athen. XIII. 25.) v. 49. ὁ δ' ἀοιδὸς (Ἀλκαῖος) ἀηδόνος ἠράσατο.

14) Vid. Galen. Protrept. 2. T. V. p. 445. Chart. Antip. Sidon. Epigr. LXXI. in Anth. Gr. T. II. p. 25. οὔνομά μευ Σαπφώ· τόσσον δ' ὑπερέσχον ἀοιδὰν Θηλειᾶν, ἀνδρῶν ὅσσον ὁ Μαιονίδας.

15) Vid. Strab. XIII. p. 424. Cas. συνήκμασε δὲ τούτοις καὶ ἡ Σαπφώ, θαυμαστόν τι χρῆμα· οὐ γὰρ ἴσμεν ἐν τῷ τοσούτῳ χρόνῳ τῷ μνημονευομένῳ φανεῖσάν τινα γυναῖκα ἐνάμιλλον οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐκείνῃ ποιήσεως ἕνεκα.

16) Vid. Plut. lib. amator. T. XII. p. 43. et de Oracc. Pyth. T. IX. p. 257. ed. Hutt. et Bayl. T. IV. p. 140. ed. Amst. Socrates praeterea eam sapientibus feminis adnumerat in Platon. Phaedr. p. 235. et paullo post ob ingenii artisque praestantiam καλὴν appellat. Cf. Ael. V. H. XII. 9. Maxim. Tyr. Dissert. XXIV. p. 297. Demetr. Phal. de Elocut. CXXXII. p. 56. et CLXVI. p. 69. Schneid. et Tull. Laur. Epig. III. v. 7 — 8. Anth. Gr. II. p. 91., ubi Sappho immortalitatem suam ita praedicat: γνώσεαι ὡς Ἀΐδεω

uti Pythiam vel Sibyllam, divinitus fuisse afflatam, atque verum est, quod [17]) Horatius canit: spirat adhuc amor, Vivuntque commissi calores Aeoliae fidibus puellae. Quare magnopere est dolendum tam multa egregia eius carmina temporum iniuria periisse: etenim praeter duas odas, nonnulla epigrammata et fragmenta [18]) nihil adhuc superest, licet μελῶν λυρικῶν libros IX., ἐλεγεῖα, ὕμνους, μονῳδίας, ἰάμβους et σκόλιον scripsisse perhibeatur. Exi-

---

σκότον ἔκφυγον· οὐδέ τις ἔσται Τῆς λυρικῆς Σαπφοῦς νώνυμος ἠέλιος.

17) Vid. Horat. Odd. II. 13, 20—28. IV. 9, 9—12. Quanti Mitylenenses civem suam aestimaverint, id intelligi potest ex eo, quod faciem eius in monetis suis signando exprimerent, vid. Welck. p. 8. not. 8. et Volg. Sapph. vit. p. LVI. sqq. Iure meritoque eam a crimine illicitae libidinis defendit Welck. p. 56 sqq., qui recte Maxim. Tyr. Diss. VIII. p. 94. Dav. comparavit. Non libidinosa, sed nobilior amicitia poetriae cum aliis feminis intercedebat, ut luculenter Welcker. evicit. Cf. Ann. litt. Heidelbergg. a. 1819. p. 509 sqq.

18) Prius carmen servavit Dionys. Hal. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, T. V. p. 173. Reisk., posterius autem Longin. περὶ ὕψους p. 65. ed. Mor., quod Catull. carmine 51. in versus Latinos vertendo imitatus est. Epigrammata tria, quae Iacobs. in Anth. Gr. T. I. p. 55. recepit et interpretatus est p. 182 sqq., ac fragmenta, vid. Volg. p. 41—162., nobis per Anthol. Gr. auctores, per Athenaeum et Hephaestionem ac per alios rhetoras, Grammaticos et Scholiastas ab interitu servata sunt. Μέλη λυρικὰ dicebantur etiam ἐρωτικὰ μέλη, cf. Plut. Amat. T. XII. p. 42. Athen. XIII. p. 605. E. XIV. p. 639. A. Incertum est, ad quem librum sint referendae hae duae odae, quae nostram aetatem attigerunt. Huc etiam hymnos pertinuisse putat Volg. p. LVI. Scolion de Admeto dubiae auctoritatis est, quum alii Praxillae, alii Alcaeo tribuant. Cf. Harl. ad Fabric. Bibl. Gr. Vid. Suid.

guae hae carminum reliquiae leguntur in [19]) Stephani, Neandri, Ursini aliorumque collectionibus; odae autem variis Anacreontis editionibus reperiuntur additae. Plenissimae sunt editiones. Io. Chr. Wolfii: Sapphus poetriae Lesbiae fragmenta et elogia — — cum virorum doctorum notis integris sqq. Hamburg. 1733. 4., et Henr. Frid. Magni Volgeri: Sapphus Lesbiae Carmina et Fragmenta, recensuit, commentario illustravit, schemata musica adiecit et indices confecit cet. Lips. 1810., qui tamen viri iis, quae crisis severior postulat, non satisfecisse videntur. Itaque vehementissime in eos invectus est [20]) Blomfieldus in Museo critico (or Cambridge classical-researches) Nr. I. a. 1813. p. 1 — 31., qui tamen eo, quod ubivis Aeolicas formas

---

[19]) Carmina poetarum novem lyricae poeseos principum, fragmenta sqq. Excud. Henr. Stephanus, Huldrichi Fuggeri typographus. Parisiis 1560. 16. Haec editio sexies est repetita, postremum Ebroduni 1624. Neandri Gnomologia sive Aristologia Pindarica. Basil. 1556. 8. Carmina novem illustrium feminarum sqq. nunc primum edita ex Bibliotheca Fulvii Ursini Romani. Antw. 1568. 8. Sed quod ad rem criticam attinet, eius lapsiones vix sunt ferendae. Neque laudandus est A. Schneiderus, qui selecta poetriarum Graecarum carmina et fragmenta edidit Giessae 1802. magisque partes interpretis suscepit, et Francis. Henr. Egerton, qui carmina Sapphica cum vers. Lat. et notis criticis edidit, Paris. 1815. Eius liber sic inscriptus est: A fragment of an Ode of Sappho from Longinus: also, an Ode of Sappho from Dionysius Halicarn. edited by the honourable Francis Henry Egerton etc.

[20]) Quum doctissimus Grammaticus, Apollon. Dyscol. p. 361. ed. Bekk. Alcmanem semper Aeolica dialecto usum esse (Ἀλκμὰν δὲ συνεχῶς αἰολίζων) doceat, id a Sapphone et Alcaeo, Aeoliis, non factum esse tacite confirmare videtur.

induxit, iure reprehensione dignus videatur. Ceterum benigne iudicaverunt VV. DD.[21]) de mea scriptione: Sappho's Oden griechisch und deutsch mit erklärenden Anmerkungen von A. Moebius, Hannover. 1815. De ceteris editionibus et interpretationibus vernaculis vide sis Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 137 sqq., et Mohnick. Gesch. der Lit. der Griech. und Röm. p. 229 sq.

III. Erinna Lesbia, aevi, ut aiunt, Sapphus aequalis eidemque [1]), Suida et Eustathio testibus, familiaris, innupta praematura [2]) morte decessit. Sed quantumvis undeviginti tantum annis vixisse dicatur, dulci tamen cantu tantam laudis sibi peperit gloriam, ut vel antiquitas illius carmina [3]) Homericis aequiparaverit ac suavissi-

---

21) Vid. Ephemeridd. lit. Gotting. a. 1815. p. 1064. et Halenss. eiusdem anni n. 181..

1) Vid. Suidas sub hac voc. et Eustath. ad Hom. Il. II. p. 247., qui Kustero auctore sua vel ex Suida exscripsit, vel ex eodem auctore, ex quo Suidas, hausit: ἦν δὲ ἑταίρα Σαπφοῦς καὶ ἐτελεύτησε παρθένος· οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἐνάμιλλοι τοῖς Ὁμήρου. ἀπῆλθε (i. q. ἐτελεύτα. Suid.) δὲ ἐννεακαιδεκέτις. Vid. ad n. 3. et Frid. Theoph. Welck. Commentat. de Erinna, Creuzeri meletematt. e discipl. antiquit. II. p. 4. inserta, qui Erinnam ortu vel Teniam, vel Teliam, commoratione autem Lesbiam fuisse suspicatur. Cf. Iacobs. ad Anthol. Gr. XIII. p. 890.

2) Praematuram eius mortem plangunt Leonid. Tarent., qui Pyrrhi, regis Epiri, aetate vixit, vid. Anall. p. 241. 81. Anth. Gr. I. LXXXI. p. 175., et Antip. Sidon. Anall. III. p. 261. cet.

3) Vid. Suid. et Eustath. l. l.: ἔγραψε ποίημα ἠλακάτην, Αἰολίδι γλώσσῃ καὶ Δωρίδι, ἐν ἔπεσι τριακοσίοις., quae Epigr.

mam poetriam ipsi Sapphoni comparaverit. Carmen dialecto Aeolica scripserat ἠλακάτην[4]) sive colum, quod est deperditum, et praeterea epigrammata, quorum e numero tria[5]) adhuc leguntur in Anth. Gr. T. I. p. 58. Nobilissimus autem hymnus, quem sub finem huius libri explicuimus, sive orationis vim et splendorem, sive sententiarum ordinem ac varietatem respicias, quin optimis antiquitatis lyricae monumentis, quanquam ob argumentum seriori poetriae adscribi debeat,

---

Anall. III. p. 261. allegat, cf. v. 2 — 6. οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι ἶσοι Ὁμήρῳ, Τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτευς, Ἢ καὶ ἐπ' ἠλακάτῃ μητρὸς φόβῳ, ἢ καὶ ἐφ' ἱστῷ Ἑστήκει Μουσέων λάτρις ἐφαπτομένη κ. τ. λ. Vid. Asclep. Epigr. Anall. I. p. 218. 35. et Anth. Gr. I. p. 152., unde, monente Iacobsio, Antipatri Sidonii erat expressum. Anall. II. p. 19. 47. Anth. Gr. Epigr. XLVII. T. II. p. 19.

4) Vid. ad n. 3. Carmen, quod colus inscribitur, vel, quod Iacobsio videtur, ἠλακάτης nomen inde traxit, quod a puella colum versante concinnatum erat, vel, ut Welckerus animadvertit, a lectoribus, non a poetria, ita est nominatum, quod, quum Musarum amore teneretur et Minervae artem odisset, de matre vel ad colum, vel ad telam compellente filiam, in isto carmine lepide et iucunde conquereretur. Ducere huc videbantur ei verba μητρὸς φόβῳ et Christodori vv. 108—110. παρθενικὴ δ' Ἤριννα λιγύθροος ἕζετο κούρη, Οὐ μίτον ἀμφαφόωσα πολύπλοκον, ἀλλ' ἐνὶ σιγῇ Πιερικῆς ῥαθάμιγγας ἀποσταλάουσα μελίσσης. Licet in Epigr. ad n. 3. adscripto Erinnae versus vel Homero digni censeantur, tamen Antiphanes, vid. Anall. II. p. 205. Anth. Gr. I. p. 189., non idem sensisse videtur, utpote in eos Grammaticos acerbissime invehens, qui magna ingenia vituperent, mediocria laudibus efferant: τῶν μεγάλων κηλῖδες, ἐπ' Ἠρίννῃ δὲ κομῶντες.

5) Haec epigrammata Iacobsio, vid. Anth. XIII. p. 890., non eiusdem videntur ingenii: nam primum quidem priscam spirare simplicitatem, quae in duobus reliquis desideretur. Praeterea nitidum eius Epigramma servatum monuit Welcker. ab Athen. VII. p. 283. D., Corinnae ante Schweigh. ab editoribus tributum. Fragmenta superesse nulla, non est, quod moneam.

sit exaequandus, nostris quidem temporibus dubitari nequit [6]. Optime hunc hymnum interpretati sunt Iacobs. in libro, qui inscriptus est poetische Blumenlese. p. 222 sq. et Welcker. in Creuzeri meletematt. e discipl. antiquitatis P. II. p. 18 — 29. Cf. praeter Fabric. Bibl. Gr. Mohnick. Gesch. der Lit. der Griech. und Röm. p. 232.

---

[6]) Hoc odarium Erinnae esse iam propterea negavit Adolph. Gottl. Langius, quod veteres nunquam vocabulo ῥώμη fortitudinem s. virtutem bellicam insigniverint, vid. argument. et Thiersch. Acta philoll. Monacensium T. II. fasc. IV. p. 591 — 598. Cf. Purgoldi Obss. critt. p. 297., qui Stobaeum ipsum ab ista allegorica interpretatione, quae illius aetate obtinuisset, in errorem inductum esse censuit. Plura videbis apud Welck. p. 20 sq.

ANACREONTIS

C A R M I N A.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ

ΩιΔΑΙ.

I. (κγ').
Εἰς κιθάραν.

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·
ἁ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ·
ἤμειψα νεῦρα πρώην,
καὶ τὴν λύρην ἅπασαν,
κἀγὼ μὲν ᾖδον ἄθλους
Ἡρακλέους· λύρη δὲ
Ἔρωτας ἀντεφώνει.
χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν,
ἥρωες· ἡ λύρη γὰρ
μόνους Ἔρωτας ᾄδει.

Od. I. v. 3. *ἁ βάρβιτος* e Cod. Palat., vulgo *ἡ βάρβιτος*. Cf. Mehlhorn Proleg. ad Anacr. §. 11.

Od. I. Hoc carmen, cuius argumentum, ut primo Anacreonticorum loco poneretur, ansam videtur praebuisse, habet ditrochaeum purum cum anacrusi monosyllaba hoc modo:

υ | ‒́ υ ‒́ υ | ‒́ ‒̆

cf. Hermann Elem. doctr. metr. p. 475 seqq.

v. 1-4. Sensus: carminibus heroicis (de Atridis, i. e. bello Troiano, et de Cadmo, i. e. bellis Thebanis) componendis parum aptus, pangendorum carminum eroticorum cepi consilium. Poetico more lyrae tributum est, quod sibi ipsiusque odariorum modis tribuere debuit auctor. — *θέλω λέγειν* (pro *ᾄδειν*, more poetis sollemni) vividiore stilo pro *ἤθελον*. Matth. gr. Gr. §. 504. — v. 3. *ἁ βάρβιτος* — *Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ*, lyra autem carmina amatoria solum canit, modos reddit amatoriis carminibus aptos. — v. 10. *χαίροιτε* — *ἥρωες*, valeatis posthac heroes, nihil amplius mihi sit negotii cum componendis heroicis carminibus. [Cf. Ovid. II. Amor. I. 11. Ausus

II. (κδ').

Εἰς γυναῖκας.

Φύσις κέρατα ταύροις,
ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις,
ποδωκίην λαγωοῖς,
λέουσι χάσμ' ὀδόντων,
τοῖς ἰχθύσιν τὸ νηκτόν,
τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι,
τοῖς ἀνδράσιν φρόνημα.
γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν.
τί οὖν; δίδωσι κάλλος
ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,
ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.
νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον
καὶ πῦρ καλή τις οὖσα.

Od. II. v. 9. vulgo *τί οὖν δίδωσι*; ita ut ad sequens *κάλλος* subaudiendum sit *δίδωσι*. Nos autem, praeeunte Iacobs, interpunximus *τί οὖν*; (suppl. *ἐποίησε*) *δίδωσι κάλλος*, qua re transitus orationis multo fit vividior.

eram, memini, coelestia dicere bella — clausit amica fores — heroum clara valete Nomina: non apta est gratia vestra mihi.]

Od. II. De metro vide quae notavimus ad carmen antecedens. Argumentum: pulchritudo mulierculis munimentum maximum et efficacissimum.

v. 1. *κέρᾱτα*, syllaba media producta, quae apud Homerum semper reperitur correpta. cf. Buttmann gr. Gr. max. §. 54. not. 2. Spitzner Anw. z. gr. Pros. §. 43. 7. Anm. — v. 4. *χάσμ' ὀδόντων*, rictum dentibus plenum. — v. 5. *τὸ νηκτόν*, facultatem natandi, ut versu sequente *πέτασθαι*, facultatem volandi, *τὸ πέτασθαι*. De omissione articuli apud infinit. vid. Hermann ad Viger. p. 202. 20. — v. 7. *φρόνημα*, animi fortitudo, coniuncta cum facultate et sollertia tractandi arma et iis utendi commode ad se defendendum. Ita optime explicat Fischer. cf. Xenoph. Ages. II. 8. *ἐνέπλησε δὲ καὶ φρονήματος τὰς ψυχὰς αὐτῶν, ὡς ἱκανοὶ εἶεν πρὸς οὕστινας δέοι μάχεσθαι*. Alii minus apte *φρόνημα* h. l. interpretantur prudentiam, alii consilium (Besonnenheit, planmässige Ueberlegung). — v. 8. *οὐκ ἔτ' εἶχεν*, scil. *τὶ* vel *τοιοῦτό τι* (für die Weiber hatte die Natur nichts mehr). — v. 9. *δίδωσι κάλλος ἀντ' ἀσπίδων*, pulchritudinem dedit pro clipeis et hastis omnibus, i. e. quae sit instar clipeorum et hastarum omnium; nam mulierum pulchritudo melius quam clipeus et hasta virorum ab illis defendit adeo (*καί*) ferrum hostile et ignem.

III. (λα').
Εἰς Ἔρωτα.

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις,
στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου,
μερόπων δὲ φῦλα πάντα
κέαται κόπῳ δαμέντα,
τότ' Ἔρως ἐπισταθείς μευ
θυρέων ἔκοπτ' ὀχῆας.
τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
κατά μευ σχίσεις ὀνείρους.
ὁ δ' Ἔρως, ἄνοιγε, φησί,
βρέφος εἰμί, μὴ φόβησαι,
βρέχομαι δέ, κἀσέληνον
κατὰ νύκτα πεπλάνημαι.
ἐλέησα ταῦτ' ἀκούσας,
ἀνὰ δ' εὐθὺ λύχνον ἅψας
ἀνέῳξα, καὶ βρέφος μὲν

Od. III. Metrum constat ditrochaeo cum anacrusi disyllaba brevi. Herm. El. D. metr. p. 485. Amor imbre madidus noctu Teii vatis fores pulsat; a quo benigne exceptus, vix vatis ope refectus, sagittarum suarum vim in eum experitur. – v. 1–7. *μεσονυκτίοις ὥραις.* hora noctis duodecima i. e. media nocte; plurali more poetarum posito pro singulari, ut v. 7. *θυρέων ὀχῆας*. Cf. Matth. Gr. §. 292. Ceterum *μεσον. ὥραις* magis poeticum quam *μεσούσης νυκτός*, aut *μεσῶν νυκτῶν*. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 53. – v. 2. *στρέφεται.* dum ursa iam vertitur iuxta manum Beotae i. e. se ad occasum vertit. Bootes enim ursae maioris caudam dextra quasi tangit. De utroque sidere vid. Hom. Od. V. 271. ss. Voss ad Arati Phaen. 92. s. et ad Virgil. Georg. III. 381. p. 627. – v. 4. *μερόπων φῦλα.* Homerica verborum circumscriptio. – *κέαται*, Ionice pro *κεῖνται*, (Buttm. gr. Gr. mai. §. 109. not. 6.) plurali verbi, ut saepe, neutro plur. substantivi adiuncto, Matth. Gr. §. 299. – *κόπῳ δαμέντα.* Virgil. Aen. II. 298. nox erat et placidum carpebant fessa soporem Corpora. – v. 6. *ἐπισταθείς.* pro *ἐπιστάς*. Hom. Od. XI. 243. XVII. 463. Cf. Vig. p. 216. ed. Herm. – v. 9. Poeta tundenti fores acclamat: *κατά μευ σχίσεις ὀνείρους*, pro *κατασχίσεις*. somnia mea abrumpes; noli igitur pultare. Od. 12. *τί μευ καλῶν ὀνείρων – ἀφήρπασας Βάθυλλον;* – v. 11. *μὴ φόβησαι.* contra vulgare praeceptum, quod postulat *μὴ φοβοῦ*. Vid. Matth. Gr. §. 511, 3. – *πεπλάνημαι.* erravi et adhuc erro. Perfectum pass. haud raro vim habet medii. – *κατά.* de tempore, per illunem noctem. – v. 14. *ἐλέησα, αὐτό* sc. Sic absolute v. 10. *ἄνοιγε*. 14. *ἀνέῳξα*. – v. 15. Iunge: *ἀνάψας.* ut v. 29. *ἀνὰ δ' ἅλλεται καχάζων*. Od. 43, 9. *ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων.*

ἐσορῶ φέροντα τόξον
πτέρυγάς τε καὶ φαρέτρην·
παρὰ δ' ἱστίην καθίξας,
παλάμαις τε χεῖρας αὐτοῦ
ἀνέθαλπον, ἐκ δὲ χαίτης
ἀπέθλιβον ὑγρὸν ὕδωρ.
ὁ δ', ἐπεὶ κρύος μεθῆκε,
φέρε, φησί, πειράσωμεν
τόδε τόξον, ἔς τί μοι νῦν
βλάβεται βραχεῖσα νευρή·
τανύει δέ, καί με τύπτει
μέσον ἧπαρ, ὥςπερ οἶστρος,
ἀνὰ δ' ἅλλεται καχάζων,
ξένε δ', εἶπε, συγχάρηθι,

Od. III. v. 20. *παλάμαις τε* recepi ex Vat. cum **Boissonad.** pro vulgato *παλάμῃσι*. Minus usitata consecutio particularum *τέ* – *δέ* corruptioni locum dedisse potuit. **Matth.** Gr. §. 607. **Mehlhorn** coniecit: *καθῖξα, παλάμαις τε χ.* – v. 25. *ἐστί* vulgo. *εἴ τι* emendavit Stephan., quia *ἔς τί*, quod nonnulli voluerunt, pro *εἰς ὅσον* aut *εἰς ὁπόσον* dici non possit. **Mehlhorn** *εἴ τι* recepit. [Haec lectio unice vera. Tam pusillum est discrimen in libris inter syllabas *εἰ* et *ἐς*, ut sexcentis in locis inter se permutatae sint. F. I.]

Observes temporum permutationem, *ἐλέησα, ἀνέῳξα, ἐσορῶ*, qua re vividior redditur oratio, sicut etiam compositis *ἀνάψας, ἀνέῳξα, ἐσορῶ, ἀνέθαλπον, ἀπέθλιβον*, cet. – v. 17. *φέροντα*. quasi *παῖδα* praecessisset, non *βρέφος*. **Matth.** Gr. §. 434. I. a. – v. 19. *καθίξας*. Il. IX. 484. *σ' ἐπ' ἐμοῖσιν ἐγὼ γούνασσι καθίσσας*. – *ὑγρὸν ὕδωρ*. ut ap. Homerum. Od. IV. 458. *γίγνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ*. Itaque caveas velim, ne *ὑγρόν* proprie ad *χαίτης* referri debere censeas. – v. 24. *φέρε, πειράσωμεν*. (a *πειράζω*, ob antepenultimam correptam, quae in *πειράσω* a *πειράω* producitur). Voces cohortantis *φέρε* et *ἄγε* plerumque cum verbo plurali coniunguntur. Cf. Od. 52, 29. Od. 56, 8. – v. 25. *ἔς τί*. **quam diu nervus imbre madidus mihi laesus**, i. e. imbre madido laxatus sit, quae interpretatio eodem fere redit, ac si poeta *εἴ τι*, **numquid**, scripsisset; sed *ἔς τι* fortasse praetulit, ut senem magis falleret Cupido, si ei persuaderet nervum revera non esse integrum. Il. V. 465. *ἐς τί* (i. e. *μέχρι τίνος*) *ἔτι κτείνεσθαι ἐάσατε λαὸν Ἀχαιοῖς*; – *βλάβεται*. Forma antiquior. **Buttm.** Gr. §. 62, 13. – v. 27. *καί με τύπτει μέσον*. **mihi medium iecur percussit.** De duplici accusat. vid. **Rost** gr. Gr. §. 104. 6. – Iecur amoris et libidinis sedem habitum fuisse notum est omnibus. cf. **Iacobs** ad Anthol. gr. III. p. 88. – v. 30. *συγχάρηθι* cet., **gratulare mihi, hospes,**

κέρας ἀβλαβὲς μέν ἐστι,
σὺ δὲ καρδίαν πονήσεις.

IV. (ΙΓ').
Εἰς ἑαυτόν.

Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις,
ἐπὶ λωτίναις τε ποίαις
στορέσας θέλω προπίνειν·
ὁ δ' Ἔρως, χιτῶνα δήσας
ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ,
μέθυ μοι διακονείτω.
τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
βίοτος τρέχει κυλισθείς·
ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα
κόνις, ὀστέων λυθέντων.
τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν;

nam arcus integer adhuc est. – v. 32. καρδίαν πονήσεις. de accusat. vid. Rost gr. Gr. §. 104. 7.

Od. IV. De metro vid. ad Carm. III. Hoc carmen, quod tribus strophis, quarum quaeque senis versibus contineatur, constare putat Mehlh., scolion esse videtur, ad quod componendum poeta temporis verni adventu incitatus est, quo magis gaudeat amoenitatibus vitae, quae spem mortales vetat inchoare longam.

v. 1. ἐπὶ μυρσίναις cet. foliis myrtaceis lotique herbis veteres, odoris suavitate capti, utebantur, tempore aestivo, dum bibebant, incubantes. Intelligenda autem lotus trifolia Linn., quae in Hellade largiter proveniens coronis atque sertis inserviebat. cf. I. H. Voss ad Virg. Georg. II. 83–108. – v. 3. στορέσας, vim medii habet, ut Hom. Od. XIX. 598. seq. σὺ δὲ λέξεο τῷδ' ἐνὶ οἴκῳ, Ἢ χαμάδις στορέσας, ἤτοι κατὰ δέμνια θέντων. – προπίνειν, propinare, i. e. summis labris delibare vinum aliisque bibendum tradere. – v. 4. χιτῶνα δήσας – παπύρῳ, tunicam in humeris (ὑπὲρ αὐχένος) colliget Amor (quod fieri solebat a servis ministrantibus, cf. Spanh. ad Callim. H. in Apoll. 32) fibulis papyraceis. – v. 7. τροχὸς ἅρματος cet., nam vita rapido cursu (κυλισθείς) fugit sicuti (οἷα i. e. ὥσπερ, καθάπερ) rota currus. – v. 9. ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα κόνις, exiguus iacebimus (erimus) cinis s. pulvis, quem locum Gierig cum versu Ovid. Metam. VIII. 496. contulit: Vos cinis exiguus gelidaeque iacebitis umbrae. – v. 11. τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν cet., quid cippum s. lapidem sepulcralem inungere, quid frustra tumulo meo libari necesse est? Mos nimirum erat lapides sepulcrales (λίθους, στήλας) pretiosis unguentis ornandi, ac tumulo inferias (χοάς), aqua, lacte, melle, oleo, vino constantes, infundendi. cf. Hom.

τί δὲ γῇ χέειν μάταια;
ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
πύκασον, κάλει δ' ἑταίρην.
πρίν, Ἔρως, ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν
ὑπὸ νερτέρων χορείας,
σκεδάσαι θέλω μερίμνας.

V. (μβ')

Εἰς ῥόδον.

Τὸ ῥόδον τὸ τῶν Ἐρώτων
μίξωμεν Διονύσῳ·
τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον
κροτάφοισιν ἁρμόσαντες,

Od. IV. v. 16. Haec est lectio Cod. Vat., quam etiam Boissonadius et Iacobs (poet. Blumenlese p. 206) iure praetulerunt. Mehlhorn, qui Brunckii coniecturam πρὶν ἐκεῖσε δεῖ μ' ἀπελθεῖν in textum recepit, recte offendisse interpretes in Amoris compellatione animadvertit, quae hic, si non inepta, frigida saltem sit, et elegantissimi huius carminis poetae minime conveniat. Sed quum Amor pocillatoris munere fungatur et inde a versu 11. usque ad ad hunc versum a poeta compelletur, equidem non video, quid inepti, quid frigidi huic insit compellationi. Similis Bacchi legitur Od. XI. 25 seqq. – v. 13. ὡς pro ἕως more poetico. – v. 16. ἐκεῖ pro ἐκεῖσε, cui explicationis causa statim additum est ὑπὸ νερτέρων χορείας, ad choreas inferorum, in Elysio celebrandas.

Od. V. Huius carminis metrum simile est metro odarii superioris, ita tamen, ut vv. 2, 5 et 12. contractam habeant anacrusin pro anacrusi disyllaba brevi, et loco ditrochaei v. 13. dactylus cum trochaeo ac v. 14. Ionicus a maiore occurrat. Hoc carmen, quod laudes rosae celebrasse videtur, sententia mea tantum abest, ut εἰς ῥόδον, quod inscribitur, pactum fuerit, ut contra εἰς συμπόσιον, ad quod instituendum anni invitabat tempus, compositum fuisse credendum sit. Etenim poeta veris adventu exhilaratus, ut bibendo genio indulgeant, amicos admonet v. 1–6. Itaque rosam, qua tempora erat cincturus v. 3., more suo a pulchritudine et praestantia commendat et laudat v. 6–11. Iam in hilaritate effusior vel pocillatorem, vel amicum compotatorem, vel ipsum deum (vid. ad Od. IV. 16. et VI. 12–16.), quem sibi praesentem cogitabat, corollas roseas afferre iubet, quibus caput redimiat. Quo facto poeta coronatus saltandi consilium capit v. 12 ad fin.

v. 1. τὸ ῥόδον cet., rosam Amoris cum Baccho coniungamus, h. e. rosis tempora praecincti bibamus. Rosa autem vocatur τὸ τῶν Ἐρώτων, quia Amoribus et Cupidini sacra erat; et ῥόδον h. l. positum est

πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες.
ῥόδον, ὦ φέριστον ἄνθος!
ῥόδον εἴαρος μέλημα·
ῥόδα καὶ θεοῖσι τερπνά,
ῥόδα, τοῖς ὁ παῖς Κυθήρης
στέφεται καλοὺς ἰούλους
Χαρίτεσσι συγχορεύων.
στέψον με, καὶ λυρίζων

compellatio Od. V. 13. παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς. Si quid mutandum, scriberem πρὶν Ἔρωτ' ἐκεῖσ' ἀπελθεῖν hoc sensu: antequam Amor me ad inferos comitetur. At iam Brossius et Drexelius verum viderunt, qui Amorem ministri officio fungentem putant, cui sententiae recte accedit Degenius Anacr. Edit. III. p. 7. Poeta hanc totam Amoris compellationem adhibuit, ut lectori suam ipsius de vivendi ratione mentem explicet. [De huiusmodi compellationibus, quibus etiam in Anthol. quaedam sunt similes, et apud Horatium, vide Buttm. über das Geschichtliche und die Anspielungen b. Horaz p. 8. s. F. I.]

Od. V. v. 6. Lectionem Cod. Vat. cum Boisson. recepi. Particula ὦ prae gaudio est exclamantis, et φέρ. ἄνθος nominativus, quod secus esse videtur, si cum Fisch. et Mehlh. ὦ φέρ. ἄνθ. scribere velis, qua lectione constructio mutatur. Lennep. coniec. τὸ ῥόδον φέρ. ἄνθ., quod Brunck. in textum recepit. – v. 8. Hic versus videbatur Hermanno Elem. doctr. metr. p. 485 ex alio carmine adiectus. Itaque eum uncinis inclusit Mehlh., imprimis quum haec summi praeceptoris animadversio eius opinioni, hanc cantiunculam tribus strophis, quinis quamque versibus, constare, mirum in modum faveret. Valde mihi arridet et Hermanni opinio, et Mehlhornii stropharum ratio; sed haud facile hic quicquam mutare ausim. Etenim liberiori poetico sermoni convenit transitus a singulari ad pluralem. Quapropter etiam v. 9. scripserim ῥόδα οἷς ὁ παῖς Κυθ., nam recte monet Mehlh. in hisce carminibus articulum praepositivum postpositivi loco nusquam deprehendi. Lennepii coniecturam ῥόδα τοῖς cet. Boisson. cum Brunck. in ordinem recepit; Mehlh. vero cum Hermanno scripsit ῥόδον, ᾧ παῖς ὁ Κυθ. – v. 12. Vetus lectio στέψον οὖν με, καὶ λυρίζων a Baxtero male defensa. Versus facili me-

pro ῥοδίνοισιν στεφανίσκοις v. 15. – v. 5. ἁβρά pro ἁβρῶς, molliter, dulce. – v. 7. εἴαρος μέλημα, veris cura, i. e. vere progenita, des Frühlings Pflegling. [rosa, quam Ver prae ceteris amat floribus. τερπνὸν μέλημα ex Sapphus carminibus de amico imprimis caro usurpat Iulian. Epist. 18. ὁ νέος τερπνὸν μέλημα. Aristaen. II. 5. p. 80. F. I.] – v. 12–16. λυρίζων – χορεύσω, fidibus canens propter tuam, Dionyse, aedem saltabo; etenim vivida oratio hac utitur apostrophe, quasi deus praesens esset sodalibus, quibuscum poeta potabat. Itaque non absonum fuerit, si putes hoc et quod sequitur odarion dici alicui

παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς,
μετὰ κούρης βαθυκόλπου,
ῥοδίνοισι στεφανίσκοις
πεπυκασμένος χορεύσω.

VI. (μα).

Ἐρωτικόν, ἢ κῶμος.

Στεφάνους μὲν κροτάφοισι
ῥοδίνους συναρμόσαντες,
μεθύομεν ἁβρὰ γελῶντες·
ὑπὸ βαρβίτῳ δὲ κούρα
κατακίσσοισι βρέμοντας
πλοκάμοις φέρουσα θύρσους
χλιδανόσφυρος χορεύει.

dicina potest restitui, si cum Mehlh. legas στέψον με, καὶ λυρίζων, deleto οὖν, quod ex repetitione praecedentis syllabae ον natum esse videtur. Ac sic iam coniecerat vir doctus in Valpyi Ephemerid. classic. Tom. V. p. 176, ut Boisson. in Ind. annot. observavit. – v. 13. Herm. Δεύνυσε scribendum censuit, quam formam Grammat. ab Anacr. usurpatam esse doceant, vid. fragm. 64.

Od. VI. 3. μεθύομεν. Retinui veterem Cod. Pal. scripturam cum Boiss., Mehlh., all., quippe quum poeta per totum reliquum carmen utatur indicativis, et versus Ionicus recte locum suum obtineat. Licet enim Herm. Elem. doctr. metr. p. 484 cum Arnaldo μεθύωμεν legat et auctor praecedentis odarii v. 5. πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες scripserit, tamen in his non elaboratis pedibus mutare nolo. Cf. Horat. Epod. XIV. 11. et 12. [Cf. Delect. Epigramm. VII. 12, 6.] – v. 5. κατακίσσοισι, i. e. κισσῷ κεκαλυμμένοις, uno verbo legendum, quippe formatum videtur ut κατάφυλλος, καταβόστρυχος, all. Quodsi disiunctim κατὰ κισσοῖσι legas, tum verba ita iungenda: κούρα φέρουσα θύρσους καταβρέμοντας κισσοῖσι πλοκάμοις i. e. κισσίνοις πλοκάμοις, baculos frondibus hederaceis fre-

festo, qui in Bacchi honorem celebratus sit, originem debuisse.

Od. VI. Metrum huius cantiunculae non discrepat a metro odarii superioris, nisi quod v. 1. Ionicus a maiore, v. 3. Ionicus a minore, v. 5. Anapaestus cum trochaeo, praecedente anacrusi disyllaba brevi, v. 8. iterum Ionicus a maiore, v. 9. epitritus quartus, et v. 16. anacrusis monosyllaba contracta occurrit, quum in ceteris versibus disyllaba regnet. Herm. Elem. doctr. metr. p. 483 sq. Carmen hoc elegantissimum continet laetae compotationis descriptionem, in qua formosa puella saltabat, et puer delicatus ad lyram canebat.

v. 2. συναρμόσαντες, una, simul redimientes, nisi verbum compositum pro simplici hic positum velis. – v. 3. μεθύειν est largiter bibere, ita ut inebrientur potatores. – v. 5. κατακίσ-

8 ἁβροχαίτας δ' ἅμα κοῦρος,
στομάτων ἁδὺ πνεόντων,
κατὰ πηκτίδων ἀθύρει,
προχέειν λίγειαν ὀμφάν.
12 ὁ δ' Ἔρως ὁ χρυσοχαίτας
μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου,
καὶ τῆς καλῆς Κυθήρης,
τὸν ἐπήρατον γεραιοῖς
16 κῶμον μέτεισι χαίρων.

VII. (κθ').

Εἰς Ἔρωτα.

Ὑακινθίνῃ με ῥάβδῳ
χαλεπῶς Ἔρως βαδίζων
ἐκέλευε συντροχάζειν,

mentes. Cautius tamen admittendum esse substantivorum pro adiectivis usum recte monuit Mehlh. – v. 11. προχέειν ex Cod. Vatic. recepi cum Boisson. Vulgo ἀθύρων προχέει. Ceterum monendum Mehlh., qui quattuor hic strophas statuit, ante versum tertium unum excidisse ac versiculum 14 additamentum esse suspicari. Non displicet talis stropharum ratio, et facile viro docto concederem, si Cod. Pal. versum 14 omitteret, ac Steph. ante v. 3. tale quid κλίνοντες τοῦ Λυαίου offerret.

Od. VII. 2. χαλεπὸς – βαδίζων. Cod. Vat. χαλεπῶς vulgo. Fischerus iungit ὑακ. ῥάβδῳ χαλ. ἐκέλευσέ με. Il. XXIII. 642. ὁ δ' ἄρα

σοισι. vid. not. crit. – v. 9. στομάτων ἁδὺ πνεόντων. pluralem haud dubie posuit poeta, ut varias oris partes cantando imprimis conspicuas innueret, quae quidem significatio pluralis v. 10. mihi videtur obvia, ubi κατὰ πηκτίδων pro πηκτίδος usurpatur ad varias lyrae viginti nervorum, quos manus fidicinis oberrabat, partes indicandas. cf. Matth. gr. Gr. §. 292. [Tanta est, in recentioribus imprimis poetis, exemplorum copia, in quibus eiusmodi pluralis explicatio locum non habet, ut illos in pluralis usu nonnisi elegantiam aliquam captasse existimem. F. I.] Genitivi autem στομάτων πνεόντων pendere videntur a προχέειν, verbis sic iunctis: κοῦρος ἁβροχαίτας κατὰ πηκτ. ἀθύρει προχέειν λίγ. ὀμφ. στομ. cet. – v. 12. χρυσοχαίτας, aureis i. e. flavis capillis praeditus. – v. 15. τὸν ἐπήρατον γεραιοῖς κῶμον. compotationem senibus gratam ac iucundam. cf. Mitscherlich. ad Horat. Od. II. 11, 13–17.

Od. VII. Vid. metr. od. III. Carmen allegoricum, quo poeta labores et aerumnas amantium describit seque iis perferendis non satis aptum indicat, quippe cuius amor tantum abeit, ut eiusmodi laboribus, quod fieri solet, alatur et augeatur, ut contra plane debilitetur. cf. Anacreon mit Erlaeuterungen von Bross. p. 209 – 211.

v. 1 – 3. Iunge: Ἔρως χαλεπῶς βαδίζων ἐκέλευέ με ὑακ. ῥάβδ. συντροχάζειν. χαλεπῶς est

διὰ δ' ὀξέων μ' ἀνάυρων,
ξυλόχων τε καὶ φαράγγων
τροχάοντα τεῖρεν ἱδρώς,
κραδίη δὲ ῥινὸς ἄχρις
ἀνέβαινε, κἂν ἀπέσβην.
ὁ δ' Ἔρως μέτωπα σείων
ἁπαλοῖς πτεροῖσιν, εἶπεν·
σὺ γὰρ οὐ δύνῃ φιλῆσαι.

μάστιγι κέλευεν (ἵππους). Horat. Od. IV. 15, 2. increpuit lyra. At sic βαδίζων otiosum esse monuit Mehlh. At si iunxeris χαλεπῶς βαδίζων, Amor cogitari debet lento incessu, ne poeta eius consilium praesentiret, accedere; quum autem satis appropinquasset, ecce, puer senem repente currendo impellit baculo, eumque per montes vallesque praecipitem agit. Sic et vividior evadit narratio, nec liberali ioco caret, quum hyacinthini sceptri verbera vix magno dolore afficere possent senem. Quare Br. coniecturam ῥαπίζων (cuius verbi antiquitatem tuetur Lobeck. ad Phryn. p. 175. et Mehlh.) recte hic obtinere dubito. Nostra autem interpretatio iuvatur etiam Od. XLIV. ubi Amor, licet plumbum eius pedes impediret, tamen alatum senem superat.

vel difficili incessu, vel irate, infenso consilio; imperf. autem ἐκέλευε actionem saepius repetitam significat (per totam viam, quum semel iussisset, feriens eum currere iubebat), quo significatu etiam infra τεῖρεν et ἀνέβαινε sumendum. – v. 4, 5. ἄναυροι sunt χείμαῤῥοι, οἱ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενοι ποταμοί (Schol. ad Ap. Rhod. I. 9), qui imprimis habentur rapidi. ξύλοχοι Hesychio auctore sunt σύνδενδροι τόποι καὶ ξυλώδεις δρυμοί, sed hic, quum oppositum habeant φάραγγας, valles, montes silvosos significare iam monuit Fischer. – v. 6. τεῖρεν. Augmenti omissio et in his cantiunculis obtinet, ut Od. VIII. 12. φύγον. cf. Matth. gr. Gr. §. 160. – v. 7. κραδίη proprie h. l. cor dicitur, quatenus inde sanguis per venas in totum corpus et spiritus per arterias diffunditur. cf. Carus Geschichte d. Psychol. p. 116 sq. Hinc poeta dicere potest: spiritus, anima nares usque adscendebat i. e. animus me linquebat. cf. Hom. Il. X. 94. κραδίη δέ μοι ἔξω στηθέων ἐκθρώσκει. – v. 8. κἂν ἀπέσβην, ac propemodum exstinctus essem. Aoristus enim ἔσβην significatione intransitiva usurpatur. cf. Rost gr. Gr. §. 115. 3. – v. 9. σείων i. e. ῥιπίζων, ἀναψύχων. – v. 11. σὺ γὰρ οὐ δύνῃ φιλ., intell. οὐκέτι σε κελεύω συντροχάζειν, vel παῦσαι συντροχάζων ἐμοί, i. e. non didicisti perferre amoris molestias; noli igitur amare. Etenim particula γὰρ saepissime rationem reddit sententiae non expressae, sed subintellectae. cf. Viger. ed. Herm. p. 461. De forma Ionica δύνῃ pro δύνασαι vid. Lobeck ad Phrynich. p. 359.

VIII. (λζ').

Εἰς τὸν ἑαυτοῦ ὄνειρον.

Διὰ νυκτὸς ἐγκαθεύδων
ἁλιπορφύροις τάπησι,
γεγανυμένος Λυαίῳ,
ἐδόκουν ἄκροισι ταρσοῖς
δρόμον ὠκὺν ἐκτανύειν,
μετὰ παρθένων ἀθύρων.
ἐπεκερτόμουν δὲ παῖδες
ἁπαλώτεροι Λυαίου,
δακέθυμά μοι λέγοντες
διὰ τὰς καλὰς ἐκείνας.
ἐθέλοντα δὲ φιλῆσαι
φύγον ἐξ ὕπνου με πάντες,
μεμονωμένος δ' ὁ τλήμων
πάλιν ἤθελον καθεύδειν.

Od. VIII. v. 11. *ἐθέλοντα δέ*, quae est lectio Cod. Vatic., cum Boisson. retinui, Mehlh. cum Zeunio *δή* pro *ἤδη* recipiendum putavit, metro scilicet postulante. Sed etiam aliis in locis eiusmodi pedes negligenter elaborati recurrunt, cf. Od. XLI. 5 et 8, ac XLVIII. 8., nec non huius ipsius od. v. 5, ubi penultima verbi *ἐκτανύειν*, quae alias corripitur, longa est. Haud dubie arsis in hisce cantiunculis ad lyram decantatis multum adiuvabat metri legem. Cf. Mehlh. ad Od. XLI. extr., qui versus huius odarii 3 et 4 interpolatori deberi censuit, quia prorsus otiosi sint ad somnii descriptionem ac stropharum aequalitatem turbent.

Od. VIII. Hoc carmen, quo venustum somnium poetae vino exhilarati et ex ebrietate somnum capientis continetur, iisdem numeris constat, quibus superius.

v. 2. *ἁλιπορφύροις τάπησι* pendet a praepos. *ἐν*, quacum verbum est coniunctum. – v. 3. *γεγανυμένος* antepenultimam habet longam ob arsin, cf. not. crit. ad v. 11. – v. 4. *ἄκροισι ταρσοῖς*, suspensis pedibus, suspenso gradu. – v. 5. *δρόμον ὠκ. ἐκτανύειν*, velocem extendere cursum, i. e. velociter currere. – v. 8. *ἁπαλώτεροι Λυαίου*. pulchriores Baccho, qui iuvenilis deus. Iuventutis autem decor ac venustas cernitur membrorum teneritate. *θηλύμορφος* est Bacchus in Eurip. Bacch. 353. Cf. Gierig ad Ovid. Met. IV. 185. – v. 10. *διὰ τὰς καλὰς ἐκ.*, quia ego senex me choro virginum immiscebam. – v. 12. *φύγον*, cf. ad Od. VII. 6. – *ἐξ ὕπνου*, e somno excitatum. – *πάντες* i. e. *καὶ παρθένοι καὶ παῖδες*.

IX. (ιδ').

Εἰς περιστεράν.

Ἐρασμίη πέλεια,
πόθεν, πόθεν πέτασσαι;
πόθεν μύρων τοσούτων,
ἐπ' ἠέρος θέουσα,
πνέεις τε καὶ ψεκάζεις;
6 τίς εἶ; τί σοι μέλει δέ;
Ἀνακρέων μ' ἔπεμψε
πρὸς παῖδα, πρὸς Βάθυλλον,
τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων
κρατοῦντα καὶ τύραννον.

Od. IX. v. 2. πέτασαι Cod. Pal. et Steph. invito metro. Quare cum Buttmanno (gr. Gr. max. II. p. 212) scribendum censui πέτασσαι, quod iam Iacobs. cum Barn. receperat, quippe cum hoc odarion melioris temporis videatur esse fructus, quam ut barbaricam vocem πετᾶσαι, quam habent Boisson. et. Mehlh., ferre possimus. cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 581. – v. 6. Ita cum Brunckio legendum. Optimi interdum scriptores post duo plurave vocabula particulam δέ solent ponere, cf. Poppo Observatt. ad Thucyd. p. 30. not., quam antiqui poetae, nisi ubi praepositio cum nomine antecedit, plerumque post primum vocabulum ponunt.

Od. IX. Constat hoc carmen, ut quae sequuntur usque ad XVII, ditrochaeo puro cum anacrusi monosyllaba, cf. Od. I. et II. Columba Anacreontis ad Bathyllum missa, ut mandata vatis Teii curaret, percontanti in via narrat de consilio itineris ac de vitae qua fruatur iucunditate.

v. 3 – 5. μύρων πνέεις, odores spiras, nam πνέειν cum genit. iunctum est odorem alicuius rei spirare, cf. Matth. gr. Gr. §. 362. ψεκάζεις vero vel absolute est positum, vel accusat. τοσαῦτα supplendus; nam saepissime fit, ut casus accommodetur ei verbo, quod praecedit, cuius rei hic illic occurrunt exempla; ut Hom. Il. II. 152. κέλευον Ἅπτεσθαι νηῶν ἠδ' ἑλκέμεν (sc. αὐτὰς) ἐς ἅλα δῖαν. – Pind. Ol. IX. 87. Heyn. τὰν παῖδα – ἀναρπάσας ἕκαλος μίχθη (sc. αὐτῇ). cf. Stallbaum ad Plat. Euthyphr. p. 42. Matth. gr. Gr. §. 428. – ἐπ' ἠέρος θέουσα, in aura currens i. e. per auram volitans. – v. 6. τί σοι μέλει δέ; vid. not. crit. et Fisch., qui hanc lectionem totius orationis serie adiuvari censet. »Triplex enim proponitur columbae interrogatio v. 2–6., et columba ad quamque respondet: ad primam v. 7 – 10., ad secundam v. 11, 12., ad tertiam v. 13 – 34.« – v. 8. πρὸς παῖδα, ad amasium, cf. Od. XXIX. 1. – v. 9. τὸν ἄρτι ἁπάντων κρατοῦντα. Bathyllus fuit adolescens Samius, quo Polycrates tyrannus non minus ardebat quam vates Teius, cf. Od. XVII. 16. XXII. XXIX.

πέπρακέ μ' ἡ Κυθήρη,
λαβοῦσα μικρὸν ὕμνον.
ἐγὼ δ' Ἀνακρέοντι
διακονῶ τοσαῦτα.
καὶ νῦν οἵας ἐκείνου
ἐπιστολὰς κομίζω!
καί φησιν εὐθέως με
ἐλευθέρην ποιήσειν·
ἐγὼ δέ, κἢν ἀφῇ με,
δούλη μενῶ παρ' αὐτῷ.
τί γάρ με δεῖ πέτασθαι
ὄρη τε καὶ κατ' ἀγρούς,
καὶ δένδρεσιν καθίζειν,
φαγοῦσαν ἄγριόν τι;
τὰ νῦν ἔδω μὲν ἄρτον,
ἀφαρπάσασα χειρῶν
Ἀνακρέοντος αὐτοῦ·
πιεῖν δ' ἐμοὶ δίδωσι
τὸν οἶνον, ὃν προπίνει.

Cf. Herm. ad H. in Apoll. 33. et ad Orph. p. 820. – v. 11. μ' ἡ Κυθήρη Fabri elegantissima est coniectura, quam recte in ordinem receperunt omnes edd. Sed v. 15. vereor, ut recte ὁρᾷς i. e. ὡς ὁρᾷς pro οἵας coniecerit Steph. Οἵας enim elegantissimum praebet sensum, usu linguae egregie stabilitum; nam οἷος non raro ponitur in oratione recta ad rem, de qua sermo est, cum admiratione quadam et confidentia efferendam, ut Hom. Od. V. 183. οἷον δὴ τὸν μῦθον ἐπεφράσθης ἀγορεῦσαι. Eurip. Alcest. 824. οἵας ἥμπλακες ξυναόρου. Οἵας etiam Boisson. cum Levesquio retinuit. [Vide an columbae satis conveniat iudicare de argumento epistolae eiusve praestantia. Si ὁρᾷς legitur, illa, ut par est, epistola monstrata, id quod modo dixerat, se poetae servire, re et

Horat. Epod. XIV. 9 – 12. – v. 11, 12. πέπρακέ μ' ἡ Κυθ. Columbas sacras fuisse Veneri, res notissima, cf. Ael. H. A. IV. 2, quarum unam vati dea ipsa donarat, sumto parvo carmine. – v. 19. κἢν (i. e. καὶ ἐάν) ἀφῇ με, etiamsi libertatem mihi donare velit. – v. 22. ὄρη τε καὶ κατ' ἀγρούς, i. e. κατ' ὄρη τε καὶ κατ' ἀγρ. Apud poetas praepositiones semel tantum ponuntur saepius, ubi simul ad prius nomen referendae sunt, v. Herm. ad Vig. p. 809. Matth. gr. Gr. §. 595. 4. Sic infra Od. XXXIII. 5. ἢ Νεῖλον, ἢ 'πὶ Μέμφιν. – v. 23. δένδρεσιν καθίζειν pro ἐν δένδρ. omissa praepositione, ut saepius apud poetas. – v. 24. ἄγριόν τι, fruges agrestes; τὶ autem contemtus significandi causa additum puta cum Fisch. et Schneid. –

πιοῦσα δ' ἂν χορεύω,
καὶ δεσπότην ἐμοῖσι
πτεροῖσι συγκαλύπτω·
κοιμωμένη δ' ἐπ' αὐτῷ
τῷ βαρβίτῳ καθεύδω.
ἔχεις ἅπαντ'· ἄπελθε.
λαλιστέραν μ' ἔθηκας,
ἄνθρωπε, καὶ κορώνης.

X. (ι').

Εἰς Ἔρωτα κήρινον.

Ἔρωτα κήρινόν τις
νεηνίης ἐπώλει·

exemplo probat. F. I.]. – v. 30. πιοῦσα δ' ἂν χορεύω. Cod. Vatic. χορεύσω et συγκαλύψω exhibet, quas voces Fischer. pro coniunct. aorist. loco futur. positis habuit, ita ut continuatio rei indicaretur: soleo, possum saltare. Sed quum haec ratio ei videretur nimis contorta et quaesita, δ' αὖ legendum putabat pro δ' ἄν. Haec autem lectio vividae columbae narrationi non respondet, et coniunctivi formae χορεύσω et συγκαλύψω deberi videntur librariis, qui nescirent voculam ἄν cum indicat. positam saepe nihil aliud significare, quam accidere vel accidisse aliquid, non certo quodam tempore, sed quoties occasio ita ferret. cf. Herm. ad Viger. p. 783. et in praefat. ad Sophocl. Electr. p. XIV. Matth. gr. Gr. §. 598. Reisig comment. de vi et usu partic. ἄν. Miscell. Phil. II. 1. p. 47 sq. – v. 31. Verissima est Stephani emendatio ἐμοῖσι. Lectio Cod. Vatic. Ἀνακρέοντα ex scholio videtur irrepsisse.

v. 30. ἂν χορεύω, saltare soleo, salto, v. not. crit., sed vis huius particulae etiam ad verba συγκαλύπτω et καθεύδω videtur esse referenda, quarum vocum prior eleganter adhibita pro συσκιάζω, quae est altera lectio Cod. Vat. superscripta. – v. 33. κοιμωμένη καθεύδω. κοιμᾶσθαι hic ita differt a καθεύδω, ut hoc sit dormire, illud ad dormiendum se componere. – v. 35. ἔχεις ἅπαντα significanter dictum pro ἔγνωκας, ἀκήκοας ἅπαντα. Sic etiam Latini. Cic. Attic. V. 20. habes nostra consilia. Orat. II. 74. habetis ea, quae voluistis audire. – v. 36. λαλιστέραν κορώνης proverbialiter elatum, ut alias λαλίστερος τρυγόνος, χελιδόνος, cf. Fisch. et od. XII. 2.

Od. X. Poeta facetus Amorem cereum emit ab adolescente Dorico, quae natio paulo erat agrestior et simplicior. Quum igitur ille negasset sese facere velle, ut una cum hoc deo habitaret, qui animos mortalium ad amorem impelleret et inflammaret, subito lepidus senex, pretio drachmae dato, deum, ut sese incenderet, rogat. Haud dubie haec cantiuncula, Brossie observante, in convivio fuit adhibita, ut risum convivarum moveret poeta. Re vera βλάστημα Δωρικόν et Amor σύνευνος immane quantum discrepant!

v. 2. ἐπώλει, vendere volebat.

ἐγὼ δέ οἱ παραστὰς,
πόσον θέλεις, ἔφην, σοὶ
τὸ τευχθὲν ἐκπρίωμαι;
ὁ δ' εἶπε δωριάζων·
λάβ' αὐτὸν ὁππόσου λῇς.
ὅπως δ' ἂν ἐκμάθῃς νιν,
οὐκ εἰμὶ κηροτέχνας·
ἀλλ' οὔ τι λῶ συνοικῆν
Ἔρωτι παντορέκτᾳ.
δὸς οὖν, δὸς αὐτὸν ἡμῖν
δραχμῆς, καλὸν σύνευνον.
Ἔρως, σὺ δ' εὐθέως με
πύρωσον· εἰ δὲ μή, σὺ
κατὰ φλογὸς τακήσῃ.

Od. X. 8. Lectionem Vatic. ὅπως δ' ἂν ἐκμάθῃς νιν (all. ὅμως αν ἐκμάθῃς πᾶν) recepit Boisson., quem ego secutus sum. Male hunc versum uncinis inclusit Mehlh., ut strophae, quas hic auguratur, sibi constare possent. – v. 10. οὔ τι λῶ pro οὐ θέλω coniecit Pauw., quod cum Brunck. recepit Boisson. Mehlh. cum Fisch. lectionem Vatic. retinuit.

venale habebat. – v. 5. ἐκπρίωμαι. praepositio ἐκ vim habet augendi, uti Latin. ex, licet hic ἐκπρ. pro simplici πρίωμαι positum esse videatur. Herm. ad Vig. p. 602. Pronomen σοί pendet ab ἐκπρίωμαι, non a τευχθέν, ut idem sit quod ὑπὸ σοῦ. cf. Aristoph. Acharn. 812. πόσου πρίωμαί σοι τὰ χοιρίδια et v. 815. ὠνήσομαί σοι. Plura exempla suppeditabit Brunck. Ind. ad Aristoph. sub voc. πρίαμαι. De minus usitata forma τευχθέν pro τυχθέν cf. Buttm. gr. Gr. max. II. p. 237. et Lobeck. ad Phryn. p. 726 seqq. – v. 6. δωριάζων pro vulg. δωρίζων metri causa. De verbis in ιζω et ιαζω desinentibus v. Lob. ad Phryn. p. 67. Mehlh. ad hunc locum animadvertit, poetam hac insolita forma indicare voluisse, iuvenem istum nonnulla tantum Dorico more ut rudem hominem pronuntiasse. Alibi δωριάζειν de vestitu usurpatum, ut in fragm. Anacr. 73, 2. δωριάζει ἐκδῦσα χιτῶνα. – v. 8. ὅπως δ' ἂν ἐκμάθῃς νιν, ut vero penitus eum pernoscas, dico tibi me non esse cerarium, omissa, ut facile apparet, phrasi ἐγὼ λέγω σοι vel simili. Hac brevitate dictionis saepius utuntur veteres, qua elocutioni vim quandam ac venustatem addant. Lepide sibi cavisse videtur ille, ne de fraude emtori fieret obnoxius. Solebant autem fictores cerarii (κηροπλάσται) sigilla deorum in pauperum gratiam publice vendere. – v. 10. ἀλλ' οὔ τι λῶ συνοικῆν (Dorice pro συνοικεῖν), sed nolim una habitare cum hoc Cupidine omnia appetente (παντορέκτᾳ) i. e. omnes ad amorem inflammante. [malitioso, et ad omnia patranda parato. F.I.]

XI. (στ').

Εἰς ἑαυτόν.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες·
Ἀνακρέων, γέρων εἶ·
λαβὼν ἔσοπτρον, ἄθρει
κόμας μὲν οὐκ ἔτ' οὔσας,
ψιλὸν δέ σευ μέτωπον.
ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μέν,
εἴτ' εἰσίν, εἴτ' ἀπῆλθον,
οὐκ οἶδα· τοῦτο δ' οἶδα,
ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
πρέπει τὸ τερπνὰ παίζειν,
ὅσῳ πέλας τὰ Μοίρης.

XII. (θ').

Εἰς χελιδόνα.

Τί σοι θέλεις ποιήσω,
τί, κωτίλη χελιδόν;
τὰ ταρσά σευ τὰ κοῦφα
θέλεις λαβὼν ψαλίξω;

Od. XII. v. 1. τί σοι λάλη Cod. Vatic. Sed haec lectio ex interpretamento orta esse videtur, ut docet Tzetzes ad Hesiod. Ἔργ. 374. κωτίλη γὰρ ἡ χελιδὼν διὰ τὸ λάλος εἶναι παρά τε Ἀνακρέοντι καὶ Σιμωνίδῃ καλεῖται. Recte igitur omnes Anacreonteorum editores receperunt θέλεις. – v. 2. χελιδόν Cod. Vat., quam formam recte praetulerunt Boisson. et Mehlh., quem vide p. 59. cf. Buttm. gr. Gr. max. §. 45. p. 179.

Od. XI. Poeta, cum muliercullis iocantibus agens, se hoc solum curare significat, ut vitam hilariter transigat.

v. 2. Ἀνακρέων. de hac vocat. forma vid. Buttm. gr. Gr. max. §. 45. p. 179. – v. 6. ἐγὼ δὲ τὰς κόμας – οὐκ οἶδα pro ἐγὼ δ' οὐκ οἶδα, εἴτ' εἰσὶν μὲν αἱ κόμαι, de qua notissima loquendi forma vid. Rost. gr. Gr. §. 122. 8.

Od. XII. De suavissimo hoc odario, in quo Noster satis lepide increpat hirundinem, quippe quae poetam excitet e dulcibus somniis amatoriis, vid. imprimis quae observavit Brossius. Egregie imitatus est hanc cantiunculam Goetz lyrische Blumenlese. Tom. IV. p. 335.

v. 3. τὰ ταρσά a nominativo ὁ ταρσός. cf. Rost. gr. Gr. §. 47.

ἢ μᾶλλον ἔνδοθέν σευ
τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς
ἐκεῖνος, ἐκθερίξω;
τί μευ καλῶν ὀνείρων
ὑπορθρίαισι φωναῖς
ἀφήρπασας Βάθυλλον;

XIII. (ια΄).

Εἰς ἑαυτόν.

Οἱ μὲν καλὴν Κυβήβην
τὸν ἡμίθηλυν Ἄττιν
ἐν οὔρεσιν βοῶντα
4 λέγουσιν ἐκμανῆναι·

Od. XIII. v. 3. Quum plurimi scriptores veteres (Lucian. D. D. XII. Diod. Sic. III. 58 extr. et 59. Pausan. VII. 17. Ovid. Fast. IV. 225. Catull. 63. Minuc. Fel. XXII. 11) non Attin amore Cybeles agitatum, sed Cybelen Attidis amore percussam insaniisse tradant (cf. Kiessling ad Theocr. Id. XX. 40); summus Bentl. in epistola ad Gaconium Francogallum a Brunckio prolata [Vid. Bentleii Epist. post Burneium a Friedemanno editas p. 189.] emendandum censuit βοῶσαν, haec addens: »Cybele puella est nondum scilicet inter deos relata.« Sed quum etiam alii scriptores in diversa abeuntes scribant, Cybelen, nympham quandam amare cum coepisset Attis,

c. α. – v. 5. ἔνδοθεν iungendum cum ἐκθερίξω, ex interiore parte emetam. cf. Lobeck ad Phryn. p. 10. – v. 6. ὁ Τηρεύς, rex Thraciae, Procnes, filiae Pandionis, Atheniensium regis, coniux, qui Philomelae, uxoris sorori, vitiatae linguam, ne posset istud flagitium prodere, forcipe eripuit. Sequitur autem poeta eos mythographos, qui non Procnem, sed Philomelam in hirundinem mutatam tradunt; cf. Aelian. V. H. XII. 20. et imprimis I. H. Voss ad Virg. Id. VI. 78 – 81. p. 335 seqq. – v. 7. ἐκεῖνος, iste scelestus, vel, ut Faber monuit, ille immanitate sua notus, cum emphasi quadam est dictum, ad loquacitatem avis terrore cohibendam. – v. 8. καλῶν ὀνείρων pendet a praepositione ἀπό, quacum ἁρπάζω est coniunctum.

Od. XIII. Procul dubio varius vocabuli μαίνεσθαι significatus ansam dedit huius odarii pangendi; nam hoc verbum de quovis vehementiore animi motu, ut de amore, hilaritate, ira, insania, furore imprimis poetico reperitur adhibitum, ut fere Latinorum furere, insanire. Argumentum cantiunculae hoc est: Attidi Cybele furorem iniecit isque insaniit. Qui Clarium Apollinis fontem bibunt, insaniunt. Ego vero insanio, vinum, unguenta et amicam, non deam, ut Attis, appetens.

v. 1 – 4. Iunge οἱ μὲν λέγουσιν ἐκμαν. τὸν ἡμίθηλυν (quia sese ipse evirarat) Ἄττιν, βοῶντα

οἱ δὲ Κλάρου παρ' ὄχθαις
δαφνηφόροιο Φοίβου
λάλον πιόντες ὕδωρ
μεμηνότες βοῶσιν.
ἐγὼ δὲ τοῦ Λυαίου
καὶ τοῦ μύρου κορεσθεὶς
καὶ τῆς ἐμῆς ἑταίρης,
θέλω, θέλω μανῆναι.

XIV. (ιβ').

Εἰς Ἔρωτα.

Θέλω, θέλω φιλῆσαι·
ἔπειθ' Ἔρως φιλεῖν με·
ἐγὼ δ' ἔχων νόημα
ἄβουλον, οὐκ ἐπείσθην.
ὁ δ' εὐθὺ τόξον ἄρας
καὶ χρυσέην φαρέτρην,
μάχῃ με προὐκαλεῖτο.
κἀγὼ λαβὼν ἐπ' ὤμων

ei furorem iniecisse tantum, ut se ipse eviraret; non video, quidni malimus aliorum fidem sequi quam textum mutare. cf. Fisch. ad h. l. - v. 7 - 8. Idem Bentl. acutissimus coniecit *πιόντας* - *μεμηνότας βοῆσαι*, sc. *λέγουσιν*, ut membra orationis sibi essent similia. Sed tum, ut iam Fisch. vidit, articulus *τοὺς* addi debuisset voci *πιόντας*. Cf. Mehlh., qui recte, ut videtur, hoc odarion in tres strophas divisit.

καλ. Κυβ. ἐν οὔρεσιν. - v. 5 - 8. Iunge *παρ' ὄχθαις Κλάρου δαφν. Φοίβ.* De his duobus genitivis ad unum nomen, sed diversa vi, relatis vid. Matth. gr. Gr. §. 314. In luco iuxta Clarum, Ioniae oppidum, fons erat Apollini sacer, ex quo qui bibebant furore quodam fatidico correpti sunt. - *μεμηνότες βοῶσιν*, furore divinitus perciti alta voce vaticinantur. - v. 9 - 12. *ἐγὼ δὲ τοῦ Λυαίου* cet., ego vero satiatus vino, unguentis et amica, i. e. vino exhilaratus, unguentis delibutus et amica familiariter usus, ita ut nihil amplius appetam, volo insanire, i. e. summae hilaritati indulgere.

Od. XIV. Lepidum hoc carmen, quo continetur pugna Amoris cum poeta, egregie docet omnia parere amori, licet invito animo, quam sententiam poeta victus exemplo suo docet. cf. Od. XVI. Comparandum cum hoc carmine Od. XXXIII. et Meleagri carm. Anal. p. 16. Anthol. Pal. V. 179. v. 2. *ἔπειθ' Ἔρως*, volebat me permovere, quae vis est imperf. vid. Matth. gr. Gr. §.

θώρηχ', ὅπως Ἀχιλλεύς,
καὶ δοῦρα, καὶ βοείην,
ἐμαρνάμην Ἔρωτι.
ἔβαλλ', ἐγὼ δ' ἔφευγον.
ὡς δ' οὐκ ἔτ' εἶχ' ὀϊστούς,
ἤσχαλλεν, εἶθ' ἑαυτὸν
ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον·
μέσος δὲ καρδίης μευ
ἔδυνε, καί μ' ἔλυσεν.
μάτην δ' ἔχω βοείην·
τί γὰρ βάλωμεν ἔξω,
μάχης ἔσω μ' ἐχούσης;

Od. XIV. v. 19. Lectio Vatic. *τί γὰρ βάλωμεν* displicet Boisson., qui *λάβωμεν* scribendum censet, quia v. 8. *λαβὼν θώρηκα* occurrit et nihil notius sit verborum *λαβεῖν* et *βαλεῖν* commutatione. Sed non video, quam ob causam reiicienda sit lectio Vatic., quum *βάλλειν* saepissime absolute positum sit. Sensus est: frustra me clipeo tueor ad tela Cupidinis suscipienda. Quid enim iaculemur eminus, i. e. cum hoste contendamus, quum hostis in meo corde sit. Itaque non video, cur Stephani lectionem *βαλώμεθ'* probemus et verbum simplex pro composito *περιβαλώμεθα* (protegamus corpus clipeo) dictum putemus, praesertim quum tota res eodem redeat.

497.—v. 10. *δοῦρα*. Pluralis numerus vim habet singularis, quia hasta constabat hastili et ferro, quo erat praefixa. Ab Atticis autem, imprimis Tragicis, pluralis cum emphasi usurpatur pro singulari, vid. Herm. ad Vig. §. 139. — *βοείην*, sc. *δοράν*, i. e. *ἀσπίδα*, quia crates clipei ferrea corio bubulo erat obducta. — v. 15. *ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον*, se ipse instar sagittae demisit. Praepositio *εἰς* h. l. rariore significatu est adhibita pro *ὡς*, tanquam, instar, vid. Dorvill. ad Charit. p. 401, vel verbo suo postposita, quasi dictum esset: *ἑαυτὸν εἰςαφῆκεν βέλεμνον*. [*εἰς* h. l. transitum indicat ex conditione quadam in alteram, ita ut haec verba cum brachylogia vel elliptice sint dicta pro *ἀφῆκεν ἑαυτὸν μεταβαλὼν εἰς βέλεμνον*. V. C. F. R.]. — v. 16. *μέσος δὲ καρδ. μευ ἔδυνε*, i. q. *μέσην δὲ καρδίην μευ εἰςῆλθε*, sed prior structura exquisitior est remque vividius exprimit; nam *μέσος τινός* eleganter dicitur is, qui totus est in re aliqua; vid. Matth. gr. Gr. §. 331. p. 455. — v. 17. *μ' ἔλυσεν*, vires meas penitus exhausit, vicit me. [Suspicabar fuisse: *καί μ' ἕλησε*. ut hostis in urbe capta. De Venere et Amore Asclepiad. ep. 9. Bianor. 10. Paul. Sil. 26. F. I.].

XV. (ϛ).

Εἰς τὸ ἀφθόνως ζῆν.

Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω,
τοῦ Σαρδίων ἄνακτος·
οὐδ' εἷλέ πώ με ζῆλος,
οὐδὲ φθονέω τυράννοις.
ἐμοὶ μέλει μύροισιν
καταβρέχειν ὑπήνην·
ἐμοὶ μέλει ῥόδοισιν
καταστέφειν κάρηνα.
τὸ σήμερον μέλει μοι·
τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;
[ὡς οὖν ἔτ' εὔδι' ἐστίν,
καὶ πῖνε καὶ κύβευε,

Od. XV. v. 4. *οὐδὲ φθονέω* (cum synizesi pronuntiandum, ut *Γύγεω* v. 1) *τυράννοις* e Cod. Pal. retinui cum Mehlh., licet alteram lectionem Anthol. Pal. *οὐκ αἰνέω τυράννους* neutiquam improbem. Recepta lectio, ut recte observavit Mehlh., magis prodit imitatorem Archilochi:

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει·
οὐδ' εἷλέ πώ με ζῆλος, οὐδ' ἀγαίομαι
θεῶν ἔργα, μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ τυραννίδος·
Ἀπόπροθεν γάρ ἐστιν ὀφθαλμῶν ἐμῶν.

v. 5 – 6. Hos versiculos Ilgen. expulit in libro de Scoliorum poesi p. 186. – v. 11 – 15. Hos versus, Stephano iam suspectos, uncis inclusi cum Brunck. Etenim neque in Anthol. Plan. II., neque in Cod. Paris. a Boisson. collato exstant; iidem haud recepti sunt ab Ilgen. et Iacobs. Vulgatam lectionem v. 11. Herm. Elem. doctr. metr. ita corrigit: *ἕως οὖν εὔδι' ἐστίν*, ut

Od. XV. Argumentum: Nil curo divitiarum copiam, nil regum dignitatem, sed curis vacuus, dum vivo et valeo, vitae fruor voluptatibus, quas hora affert. Nam vita mortalium brevis est, eiusque iucunditas saepe morbis minuitur.

v. 1. *τὰ Γύγεω*, sc. *χρήματα*, Gygis, regis Lydiae, divitiae. Sic infra Od. XXVI. 3. *τὰ Κροίσου*, Croesi opes. cf. Matth. gr. Gr. §. 284. – v. 11. *ὡς οὖν ἔτ' εὔδι' ἐστίν*, dum igitur vales, nam *εὐδία* proprie est coeli serenitas, et sensu metaphorico vitae iucunditas, i. e. valetudo bona, respectu v. 14. habito. – v. 12. *καὶ πῖνε καὶ κύβευε*, pota et regna vini tibi sortire talis, ut Hor. canit Od. I. 4, 18. Nam veteres magistrum vini eligebant iactu talorum, qui leges convivii dare solebat. Sensus huius loci videtur esse hic: convivia celebra, ubi cum aliis de imperio vini talorum iactu certandum; cf. Doering et Mitscherl. ad Horat. Od. I. 4. [Cur non de talorum lusu accipiamus?].

καὶ σπένδε τῷ Λυαίῳ,
μὴ νοῦσος, ἤν τις ἔλθῃ,
λέγῃ σε μηδὲ πίνειν.]

XVI. (κς').

Εἰς ἑαυτόν.

Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης·
ὁ δ' αὖ Φρυγῶν ἀϋτάς·
ἐγὼ δ' ἐμὰς ἁλώσεις.
4 οὐχ ἵππος ὤλεσέν με,
οὐ πεζός, οὐχὶ νῆες·
στρατὸς δὲ καινὸς ἄλλος,
ἀπ' ὀμμάτων με βάλλων.

versus idem occurrat, qui legitur Od. XXXVIII. 5. – v. 15. Cod. Pal. *λέγει σε μὴ δεῖ πίνειν*, Mehlh. autem *λέγῃ σε μηδὲ πίνειν*, vocem *δεῖ* interpretamentum esse iudicans, quia in eiusmodi locis *δεῖ* vel *χρή* solebat suppleri. Sensus: ne morbus, si veniat, tibi vel potum interdicat.

Od. XVI. v. 7. Recte Vatic. scripturam *με βάλλων* restituerunt Boisson. et Mehlh. Etenim errat Fisch., si putat verba *ὤλεσέν με* (v. 4) aoristum requirere, quum aoristo tempus praesens bene possit iungi; cf. Od. XLIX. 6. 11. 16. Hom. Od. V. 303 sq. *οἵοισιν νιφέεσσι περιστέφει οὐρανὸν εὐρὺν Ζεύς, ἐτάραξε δὲ πόντον.* Sophocl. Ai. 31. *φράζει τε κἀδήλωσεν.* Mehlhornio *βάλλων* propterea aliquanto praestare videtur, quandoquidem iterato ictu petitum cogitare debeamus eum, qui *στρατῷ* amatorum victori succubuit.

Od. XVI. Argumentum: Alii canunt bella, ego amores meos, quibus victus sum. cf. Od. VIII. v. 1. *σὺ μέν – ὁ δέ*, i. q. *οἱ μέν – οἱ δέ*. – *τὰ Θήβης*, bellum Thebanum, cf. ad Od. I. 1. – v. 2. *Φρυγῶν ἀϋτάς*, bellum Troianum; Troas enim, ubi hoc bellum gestum est, pars erat Phrygiae minoris sive Hellespontiacae. – v. 3. *ἐμὰς ἁλώσεις*, i. e. *ἁλώσεις, ἃς ἐγὼ ἑάλων*, ita ut passive sit accipiendum hoc substantivum, cf. Mehlh. – v. 4 – 7. Sensus est: non bellum me perdidit, sed amor. – v. 6. *στρατὸς δὲ καινὸς ἄλλος*, novae ac diversae copiae, quae nec in campis, nec in mari pugnabant, sed ex oculis tela emittebant. Recte Fisch. monuit poetam cogitatione sibi finxisse Amores, in oculis puerorum ac puellarum quasi consistentes, qui tela inde (*ἀπ' ὀμμάτων*) et sagittas emiserint. Mus. de Her. et Leand. 65. *ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν Χαρίτεσσι τεθήλει.* [Meleager. Ep. XCI. *οὔ με λέληθας, τοξότα, Ζηνοφίλας ὄμμασι κρυπτόμενος.* ubi vid. animadverss. p. 105.].

XVII. (γ').

Εἰς ποτήριον ἀργυροῦν.

Τὸν ἄργυρον τορεύων
Ἥφαιστέ μοι ποίησον,
πανοπλίαν μὲν οὐχί,
(τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;)
ποτήριον δὲ κοῖλον,
ὅσον δύνῃ, βαθύνας.
ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ
μήτ' ἄστρα, μήθ' ἅμαξαν,
μὴ στυγνὸν Ὠρίωνα.
τί Πλειάδων μέλει μοι;
τί δ' ἀστέρος Βοώτου;

Od. XVII. v. 1. *τορεύων* legitur in Cod. Pal., quem nuper secutus est Boisson, licet Cod. Paris. nr. 1630 habeat *τορεύσας*, quam lectionem servat etiam Anthol. Pal. XI. 48. et Gellius Noct. Attic. XIX. 9. cf Mehlh. Proleg. p. 20 sq. Si *τορεύων* praeferendum censeas, tum auctor tibi fuerim, ut v. 6. non *βαθύνας*, sed *βάθυνον* cum Anthol. Pal., Gellio et Stephan. legas. – v. 6. *βαθύνας* Cod. Vat., quem cum pluribus editt. nuperis sequitur Boisson. Sed Anth. Pal., Gell. et Steph. offerunt *βάθυνον*, quod recepit Mehlh. Mox v. 8. iidem habent *ἁμάξας*, Cod. Vat. autem *ἅμαξαν*, quod cum Brunck. praetulerunt Boisson. et Mehlh.; cavendum enim, ne hic locus de utraque ursa, maiore ac minore, intelligatur; cf. I. H. Voss ad Arat. Phaen. 26, 5. – v. 10 sq. Lect. Vat. cum Boisson. et Mehlh. praetuli, licet Steph. magis probetur *τί πλειάδεσσι κἀμοί; τί δ' ἀστράσιν Βοώτεω*, quam Gell. l. l. affert. Poeta constructionem variare solet (praecesserat autem *τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;*), et *μέλει* fortius, *ἀστέρος Βοώτου* exqui-

Od. XVII. Poeta, poculum sibi fingendum curans, quicquid in eo caelari cupit artifici exponit, atque hoc artificio lectori poculum affabre fictum ob oculos animumque ponit. Metrum huius odarii idem est quod praecedentis, nisi quod v. 2. 8. 9. anacrusin habeant monosyllabam longam.

v. 1. *τὸν ἄργυρον*, argentum hoc (tibi traditum). De arte caelandi s. *τορευτικῇ*, cuius inventor Phidias dicitur fuisse, copiosius egit Heyne antiquar. Aufs. II. p. 127 sqq. [Fusius nuper, sed non omnibus probantibus, Quatremère de Quincy in Iove Olympico. F. I.] – v. 2. *Ἥφαιστε* de egregio opifice metallico sive vasculario, ut saepius Vulcani, artis fabrilis dei, nomen de opifice excellenti positum occurrit. – v. 4. *τί γὰρ μάχαισι κἀμοί*, scil. *κοινόν*, nota loquendi formula, etiam Latinis usitata, quid tibi mecum est. Tibull. I. 7, 3. Cf. Valcken. ad Eurip. Hippol. 224. et Matth. gr. Gr. §. 385. 10. – v. 5. *ποτήριον κοῖλον*, poculum cavatum, profundum, quale sibi optant amore bibendi flagrantes. – v. 8–11. *μήτ' ἄστρα*

ποίησον ἀμπέλους μοι,
καὶ βότρυας κατ' αὐτῶν,
καὶ Μαινάδας τρυγώσας·
ποίει δὲ ληνὸν οἴνου,
καὶ χρυσέους πατοῦντας
ὁμοῦ καλῷ Λυαίῳ
Ἔρωτα καὶ Βάθυλλον.

XVIII. (ϛ').
Εἰς τὸ αὐτό.

Καλλίτεχνα, τόρευσον
ἔαρος κύπελλον ἤδη·

sitius dictum videtur. Boisson. cum Gellio et Steph. praetulit Βοώτεω, quod iam Brunck. cum Fisch. recepit. Cf. Od. XV. 1. τὰ Γύγεω. – v. 12 – 15. ἀλλ' ἀμπέλους χλοώσας, καὶ βότρυας γελῶντας recepit Boisson. ex Anthol. Pal., quacum consentit Cod. Paris. Sed vereor, ut recte id fecerit, quum lectio Vatic. καὶ βότρυας κατ' αὐτῶν doceat hosce versiculos ab auctore huius Cod. non esse agnitos. Pro κατ' αὐτῶν Gell. et Steph. κατ' αὐτό afferunt, quod Brunckio ex v. 7. repetitum videbatur. Idem Brunck. versic. 14 et 15., vulgo omissos, ex Cod. Vat. in ordinem recepit et versiculo 16. ex Gellio et Steph. auxit. Boisson. quoniam versus supra laudatos ex Anthol. Pal. recipiendos censuit, versum 13 eandem ob causam textu eiecit. Ceteri versiculi, quos etiam habet Cod. Vat., manifesto spurii sunt, id quod iam metrum luculenter demonstrat. En eos: ληνοβάτας πατοῦντας, τοὺς σατύρους γελῶντας, καὶ χρυσοῦς τοὺς ἔρωτας, καὶ Κυθέρην γελῶσαν. Absque dubio vocab. ληνοβάτας interpretamentum est vocis πατοῦντας, cf. v. 15. Satyri Musa vatis Teii haud satis digni, et ἔρωτας versui 18 repugnat, ubi Ἔρωτα legitur. Multo magis etiam lectio Vat. versus ultimi Ἔρωτα κ' Ἀφροδίτην est repudianda.

cet. Noster more poetarum a vocabulo generis recte ad formarum vocabula transit ac sic speciales ideas excitans animum tangit. Haud dubie Homericus locus Il. XVIII. 486 sqq. auctori ob oculos fuit. – Ὠρίων στυγνὸς audit, quia, quum oritur et occidit, vehementes tempestates concitat, cf. I. H. Voss ad Virg. Georg. I. 205. – v. 14. Μαινάδας τρυγώσας. Maenades s. Bacchae hic apposite ad imaginem laetae vindemiae conficiendam, tanquam Bacchi ministrae, uvas finguntur decerpentes. – v. 16. χρυσέους πατοῦντας, pulcros uvarum calcatores, torcularios. [Fortasse rectius: aureos in argentea poculi area. Bacchum tanquam choragum quendam torculariis adesse puta. Vid. Delect. Epigr. Gr. c. VII, 17. ibique not. F. I.]. – v. 17. ὁμοῦ pro ἅμα, ὁμοῦ σύν.

Od. XVIII. Hoc carmen est partus imitatoris ineptissimi, qui quantitatis syllabarum rationem habuit nullam.

v. 1 – 5. τόρευσον ἔαρος κύπελλον, caela mihi pocu-

τὰ τερπνὰ τὴν πρῶθ' ἡμῖν
ῥόδα φέρουσαν ὥρην.
τὸν ἄργυρόν δ' ἁπλώσας
ποίει πότον μοι τερπνόν.
μὴ τῶν, παραινῶ, τελετῶν
ξένον τί μοι τορεύσῃς,
μὴ φευκτὸν ἱστόρημα·
μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον,

Od. XVIII. Totum hoc carmen Mehlh. in decem versus politicos dispescuit, vid. eius Prolegg. §. 26. et Hermanni Elem. doctr. metr. p. 487. Equidem plerumque lectionem Boissonadii, codici Vatic. pressius insistentis quam Brunck., recipiendam censui. – v. 3. τὴν πρῶθ' ἡμῖν τὰ τερπνά Boisson., nam cod. Vat. habet τὰ πρῶθ' κ. τ. λ. – v. 7. Omnes post Brunck. fere editores receperunt παρ' οἴνῳ, ut sint τελεταί sacra Baccho convivia; sed recte lection. Vat. παραινῶ cum Fisch. defendit Mehlh. cf. explicationem ad hunc vers. – v. 9. Post hunc vers. octo syllabas excidisse putat Mehlh., ut ratio versus politici quindecim syllabis constantis habeatur; etenim binos huius odarii versus

lum Veri sacrum, i. e. exprime in eo tempus vernum suave et amoenum, quam ideam poeta statim illustrat commemoratione rosae, qua in primis cincti gaudebant compotores. Itaque τόρ. ὥρην idem est, quod ποίησον κατ' αὐτὸ ὥρην, cf. Od. XVII. 7, quo vocabulo hic κατ' ἐξοχὴν suave et floridum significatur anni tempus. Laudes rosae celebrantur in Od. V. et LII. – πρῶθ', πρῶτα, πρῶτον. – v. 5–10. τὸν ἄργ. δ' ἁπλώσας ποίει dictum pro ἐν ἀργύρῳ δ' ἡπλωμένῳ ποίει, caela mihi compotationem (Trinkverein) in argento malleo ducto, i. e. in superficie poculi argentei. Sed poeta imaginem artificis argentum caelando explanantis ita magis ob oculos ponit, cf. ad Od. XVII. 1. – v. 7. παραινῶ est διὰ μέσου accipiendum, ut ἱκετεύω apud Xenoph. Cyrop. I. 4, 10. εἰ τοίνυν μὴ σὺ δέῃ, ἱκετεύω, ὦ πάππε, ἐμοὶ δὸς αὐτά, sc. τὰ θηρία, et ap. Latinos quaeso, obsecro cet. Cf. not. critic. – v. 8. μὴ τῶν τελετῶν ξένον τι, sc. ἱστόρημα, noli mihi, obsecro te, aliquid exprimere, quod abhorreat a sacris, abominandam (φευκτόν) aliquam effigiem s. picturam; nam τελεταί, quo vocabulo proprie significantur vel Cereris, vel Bacchi, vel Orphei sacra, hoc loco sunt quaevis sacra sollemnia, tempore verno praesertim in honorem Bacchi institui solita. cf. ad Od. V. 13. VI. 13., et ἱστόρημα ab extremi aevi scriptoribus usurpatur de quavis re, quae evenit adumbrata, v. c. de pictura, effigie cet., ut iam animadvertit Mehlh., qui paulo quaesitius causam, qua commotus poeta abominatus sit mysteria, ex Clem. Alex. mysteriorum descriptione p.10. sqq. ed. Sylb. attulit: ταῦτ' ἐστι τὰ μυστήρια, συνελόντι φάναι, φόνοι καὶ τάφοι. Sed Noster loquitur de sacris a compotatoribus laetis tempore verno institutis. Genitiv. τελετῶν pendet ab ξένον τι, cuius interpretatio est φευκτὸν ἱστόρημα. – v. 10 – 13. μᾶλλον ut

Βάκχου Εὐΐου ἡμῖν.
μύστις νάματος ἡ Κύπρις
Ὑμεναίοις κροτῶσα.
χάρασσ᾽ Ἔρωτας ἀνόπλους,
καὶ Χάριτας γελῶσας,
ὑπ᾽ ἄμπελον εὐπέταλον,
εὐβότρυον, κομῶσαν·

uno tantum politico constare voluit. - v. 12. Recepit Boiss. emendationem Brunckii *μύστιν τε τῶν πόθων Κύπριν, ὑμεναίους κροτοῦσαν*, sacerdotem Cupidinum cet., invito Cod. Pal. Deg. et Born. offerunt ex Brunck. edit. I. et II. *ὑμεναίους συγκροτοῦσαν*, choreas Hymenaeorum instruentem, sed tum verbum simplex pro composito potius accipi debuisset, cf. Mehlh. ad h. l., qui de hoc usu laudat Iacobs ad Anth. Pal. Od. IV. 13. XXXVI. 5, 7. - *γόνον*, i. e. *υἱόν, παῖδα*. Sophocl. Oed. Col. 541. *Αἰγέως γόνος*. ib. v. 199. *Αἰγέως παῖς*. Cf. Theocrit. Id. XXV. 159. - Bacchus, *Εὔϊος*, a voce *εὐοῖ*, in sacris eius a Bacchantibus frequentata. - v. 12. *μύστις νάματος*, scil. *ἔστω, παρέστω*, pro *μύστιν νάμ. τὴν Κ. ὑμ. κροτοῦσαν*, sed poeta more poetarum antiquiorum constructionem variasse cogitandus, cf. v. 19. et Od. XX. 16. *μόνον ποσὶν πάτει με*. Est autem *μύστις* i. q. *ἡ μεμυημένη* vel *μυσταγωγός*, sacerdos, quae sacro latice initiat, et *νάματος* vel de vino, quod Od. XXXVII, 12. *Βρομίου νᾶμα*. Aristoph. Eccless. 14. *καρποῦ Βακχίου τε νάματος πλήρεις*, licet proprie *Βάκχου* s. *Βρομίου* vel *Βακχίου* adiectum esse debuisset, tamen hic *κατ᾽ ἐξοχὴν* sumendum, vel de generationis humore, ita ut Cypris dicatur sacrorum praeses undae, i. e. praeses omnis generationis, intelligendum, nam humor praecipua habebatur causa generationis, cf. Fischer. Comparat ad rem Mehlh. Thaletis sententiam apud Stob. Ecl. phys. I. p. 290. *ἐξ ὕδατος πάντα εἶναι, ὅτι πάντων τῶν ζώων ἡ γονὴ ἀρχή ἐστιν, ὑγρὰ οὖσα*. - v. 13. *Ὑμεναίοις κροτῶσα* i. q. *κροτοῦσα*, quae quidem forma melioribus poetis frequentatur, Hymenaeis applaudens, utpote diis nuptialibus ex Venere et Baccho natis. Quare mihi etiam eorum sententia praeferenda videbatur, qui *νᾶμα* de vino acciperent. - v. 14. *χάρασσ᾽ Ἔρ. ἀνόπλους*, caela, argento incide Amores inermes, ne arcu ac sagittis vulnerent, uti canit auctor Pervigilii Veneris v. 33. *Χαράσσειν* autem, quod proprie est scalpere, hic est pro *τορεύειν*. - v. 15. *γελῶσας*, hilares, laetas, ut comites Veneris ac Cupidinis. v. ad Od. V. 11. - v. 16. *ὑπ᾽ ἄμπελ. εὐπέταλον*, sub vel ad vitem magnis amplisque foliis vestitam, nam *ὑπό* de motu ac fine caelantis accipiendum, licet etiam idem esse possit, ac si poeta dixisset *ὑπ᾽ ἀμπέλῳ εὐπετάλῳ*, quo magis status ac quies foret elata. - v. 17. *εὐβότρυον*, uvis plenam, *κομῶσαν*, largiter foliis instructam, vid. Od. XXII. 8. et interprett. ad Horat.

σύναπτε κούρους εὐπρεπεῖς
ἅμα δὴ Φοῖβος ἀθύρῃ.

XIX. (κα').

Εἰς τὸ δεῖν πίνειν

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
πίνει δὲ δένδρε' αὐτήν·
πίνει θάλασσα δ' αὔρας,
ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
τὸν δ' ἥλιον σελήνη.
τί μοι μάχεσθ', ἑταῖροι,
καὐτῷ θέλοντι πίνειν;

IX. 689. – v. 19. Haec emendatio est Medenbachii, quam etiam sequitur Boiss. Cod. Pal. ἀμμη Φ. ἀθύρῃ, alii ὁμοῦ δὲ Φ. ἀθύροι, Mehlh. ἅμα Φ. ἀθύροι. Ceterum ne metrum Anacreonticum plane iugularetur, textum in priore edit. hinc illinc emendavi, qua re nunc recte supersedeo.

Od. XIX. v. 3. Restitui cum Boiss. antiquam lectionem δ' αὔρας. Mehlh. cum plurimis editt. nuperis recepit θάλασσ' ἀναύρους, quod Heskinius coniecit ad Moschi Id. II. 31. Sed recte habet lectio antiqua. Etenim quum venti, aequora verrentes ac plerumque tempestatem ac pluvias excitantes, vorticibus maris absorbeantur, equidem non video, quidni Noster mare ventos potare, ῥοφεῖν, dicere potuerit, licet nemo alius idem dixerit. Certe v. 4 et 5. meam sententiam firmare videntur.

Od. IV. 7, 2. – v. 18. σύναπτε, i. e. ἅμα σὺν Ἔρωσι καὶ Χαρίτεσσι χάρασσε κούρους εὐπρεπεῖς, i. e. pueros formosos, delicatos. – v. 19. ἅμα δὴ Φ. ἀθ. pro ἅμα δὴ Φ. ἀθύροντα, sed variat poeta constructionem, vid. ad v. 12 et 13., simul autem Phoebus lyra canat! Vid. de hoc coniunctivi usu Rostii gr. Gr. §. 119, 2.

Od. XIX. Quum natura ipsa ad bibendum excitet, poeta hac cantiuncula amicos admonet, ne se a bibendo retineant. Ludit autem in usu verbi πίνειν, quod significat bibere et absorbere.

v. 1. ἡ γῆ μέλαινα. Hom. Il. II. 699. et Sapph. Od. I. 10. Opponuntur imprimis terra et sol; quam ob rem hisce vocabulis etiam articulus videtur esse appositus. Arbores bibunt terram, quia per radices ex ea hauriunt humores. – v. 3. cf. notam criticam. – v. 4. ὁ δ' ἥλιος cet. Solem credebant Stoici alii ac pasci Oceani humoribus, lunam vero lumen haurire ac mutuari a sole, cf. Fisch. Vid. Creuz. ad Cic. de Nat. D. II. 15. Koeler. ad Senec. N. Q. I. 11, 1. et Spanh. ad Callim. Hymn. in Dian. 141.

XX. (κβ΄).

Εἰς κόρην.

Ἡ Ταντάλου ποτ᾽ ἔστη
λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις,
καὶ παῖς ποτ᾽ ὄρνις ἔπτη
Πανδίονος χελιδών.
ἐγὼ δ᾽ ἔσοπτρον εἴην,
ὅπως ἀεὶ βλέπῃς με·
ἐγὼ χιτὼν γενοίμην,
ὅπως ἀεὶ φορῇς με.
ὕδωρ θέλω γενέσθαι,
ὅπως σε χρῶτα λούσω.
μύρον, γύναι, γενοίμην,

Od. XX. Argumentum: Homines antiquitus transformati sunt (quam sententiam poeta per exempla effert), v. 1 – 4. Ego etiam velim converti, sed in eiusmodi rem, qua puella adamata uti solet. (Hanc quoque sententiam variis exemplis eleganter exprimit). Denique poeta tenerrimo amoris sensu commotus exclamat amicamque, ut ipsum adeo pedibus calcet, rogat.

v. 1. ἡ *Ταντάλου*, scil. *παῖς*, *θυγάτηρ*. Niobe, Tantali filia, Amphionis regis Thebani uxor, septem filiis ab Apolline totidemque filiabus a Latona orbata, in saxum erat mutata. Cf. interprett. ad Hom. Il. XXIV. 602 sqq. et Ovid. Metam. VI. 371 sqq. Hinc eleganter *ἔστη λίθος*, pro simplici *ἐγένετο λίθος*, sed ita, ut eventus rei significetur, ut v. 3. *ὄρνις ἔπτη*, cf. Fisch. – *Φρυγῶν ἐν ὄχθαις*, pro *ἐν Φρυγίας ὄρει*, *Σιπύλῳ*. pluralis ponitur more Homerico, quia mons variis constabat partibus s. tumulis. Licet Grammatici *ὄχθας* et *ὄχθους* ita differre doceant, ut illud vocabulum ripas fluminum, hoc tumulos montium indicare soleat; tamen utrumque voc. promiscue usurpatum fuisse Lexica docent. *Φρυγ. ὄχθας* autem nominavit poeta Sipylum, quia Lydia olim pertinebat ad Phrygiam magnam, v. Strab. II. p. 130. – v. 3. *παῖς – Πανδίονος*, Procne, in hirundinem mutata, v. Od. XII. 6. Ceterum inexspectati et iucundi quid habet positus *Πανδίονος χελιδών*, nam *Πανδ.* pendet a vocabulo *παῖς* et *χελιδών* ad explicationem voc. *ὄρνις* appositum. – v. 7. *χιτών* est proprie tunica muliercularum superior, cf. Ael. V. H. XII. 1, cui l. l. opponitur *στολή*, tunica interior, instita, sed h. l. in universum de vestitu intelligendum, quo exornabantur mulieres. V. Kühn. ad Ael. V. H. I. 18. – v. 8. *φορῇς*, proprium hoc in genere verbum, ut Latinis gerere ac gestare, cf. Fisch. et in primis Lobeck. ad Phrynich. p. 585. – v. 10. *σε χρῶτα λούσω*, ut cutem s. corpus tibi lavem. De duplici accusat. vid. Rost. gr. Gr. §. 104. 6. – v. 11. *μύρον* proprie est unguentum e variis odoribus mixtum; sed hic de omni unguenti genere dictum. cf. Od. XIII. 10. – *γύναι*, est compellatio honesta virginis ada-

12 ὅπως ἐγώ σ' ἀλείφω.
καὶ ταινίη δὲ μαστῶν,
καὶ μάργαρον τραχήλῳ,
καὶ σάνδαλον γενοίμην.
16 μόνον ποσὶν πάτει με.

XXI. (ιζ').

Εἰς ἑαυτόν.

Δότε μοι, δότ', ὦ γυναῖκες,
Βρομίου πιεῖν ἀμυστί·
ὑπὸ καύματος γὰρ ἤδη

Od. XX. v. 13. 14. Recepit Boiss. μασθῶν et μάργαρος e Cod. Vat., qui tamen et μάργαρον a secunda manu exhibet. Forma μασθός serioris tantum aevi esse videtur Mehlh.

matae, qua poeta cultum, et observantiam et amorem expressisse est cogitandus, ut mulier apud Gell. XII. 1. Verum tamen diserte nonnunquam τῇ παρθένῳ opponitur γυνή. Theocr. XXVII. 65. ἀλλὰ γυνή, μήτηρ, τεκέων τροφός, οὐκέτι κώρα. – v. 13. Secunda syllaba nominis ταινίη, quum sit longa, hic non corripitur, sed versus est epitritus quartus, qui etiam recurrit XXXVIII. 5 et 7. – v. 14. μάργαρον τραχήλῳ, pro μάργ. τραχήλου, sed poeta amat variare orationem eamque ob caussam τραχήλῳ ad verb. γενοίμην refert. Est autem h. l. μάργαρον non tam unio singularis, quam monile pluribus margaritis ornatum.

Od. XXI. In hoc elegantissimo odario, quod anacrusin disyllabam brevem constanter servat, cf. Od. I., puellas allicit poeta, hac conditione, ut ipsi ministrent vina caputque coronis redimiant. Quod quum faciunt, eas declaratione amoris satis lepide occupat. Ita sensu accepto hanc cantiunculam, quod nonnulli existimaverunt, mutilam esse non facile credes.

v. 1. δότε μοι, δότ' cet., date mihi bibere, ut est apud Terent. Andr. III. 2, 4. Plaut. Pers. V. 2, 40. bibere da. Cf. Perlet. ad Terent. l. l. Vulgo ὥστε suppletur, a qua particula πιεῖν pendeat, cf. Matth. gr. Gr. §. 535. – ὦ γυναῖκες, o puellae, cf. ad Od. XX. 11. – Βρομίου, pro οἴνου. De genitivo vid. Rost. gr. Gr. §. 108. e. not. 8. Est autem ἀμυστὶ πίνειν τοῦ οἴνου proprie ore non clauso, i. e. continenter, uno spiritu et haustu bibere vinum, unde ἄμυστις, συνεχὴς πόσις καὶ ἀθρόα. Hesych. – v. 3. Iunge ὑπὸ καύματος γὰρ ἤδη ἀναστ., prae aestu iam suspiro, ingemisco. Poeta solis et vini aestu et ardore vexatum se profitetur. – προδοθείς, de-

προδοθεὶς ἀναστενάζω.
δότε δ' ἀνθέων ἐκείνου
στεφάνους, οἵους πυκάζω.
τὰ μέτωπά μου 'πικαίει.
τὸ δὲ καῦμα τῶν Ἐρώτων,
κραδίη, τίνι σκεπάζω;

Od. XXI. Quum Spalett. post v. 9. huius carminis nullum titulum exhibeat, sed odarium sequens in margine tantum diversa a priore manu inscriptum sit: ἄλλο εἰς τὸν αὐτόν, quum quae carmina eodem se ordine excipiant, quo apud Stephanum, ea semper interiorem aliquem nexum indicent (cf. Mehlh. Prol. §. 28) et ad interrogationem, qua sensus v. 9. abrumpitur, cantiuncula sequens iustam praebeat responsionem (nam sicuti poeta antea remedium contra vini aestum postulaverat a vini pocillatoribus, ita nunc amoris lenimen ex Bathylli congressu sperat); Mehlh. haec duo odaria in unum coniungere non dubitavit, quod, versu 6 carminis prioris tanquam spurio uncinis incluso, quattuor strophis quaternis versibus constare voluit. Sed quum hic versus, si quis alius, probus sincerusque esse videatur (cf. explicationem); hoc imprimis memoratu dignum esse censeo, quod interrogatio τίνι σκεπάζω; aptissimum eundemque elegantissimum sensum praebeat: aestum amoris nullo modo sedari posse, et responsio: παρὰ τὴν σκιὴν – καθίσω valde sit ieiuna atque iis, quae antecedunt, haud satis apta, quippe quum poeta locum laudatum tantum ab amoenitate commendet. Ob has causas Mehlhornio assentiri non potui. – v. 4. πυρωθείς (προδο) Cod. Vat. προδοθείς Brunck. recepit et Boiss. Sed Mehlh. vulgatum προποθείς, i. e. quem sodales invitarunt poculis, retinendum censuit. Conieceram olim πυρωθεὶς ἀνστενάζω, ut sit epitritus quartus. Sic plane Anacreon in Epigr. VI. 2. ἄγκειται pro ἀνάκειται, more epicorum poetarum, apud quos ἀνστάς, ἀμπαύεται et similia saepius occurrunt.

sertus, derelictus a vobis. – v. 5. ἐκείνου, scil. Βρομίου, date mihi corollas hederaceas, qualibus ego tempora vincire soleo, cf. ad Od. V. 2. et Od. XXVI. 5. κισσοστεφὴς δὲ κεῖμαι, nam οἵους positum esse videtur pro οἵοις, attractionis genere insolentiore, et πυκάζω procul dubio significatione media est accipiendum, cingo me i. e. caput meum, ut ὅπλιζε Od. XXVI. 7. Cf. Thiersch. gr. Gr. §. 288, 6. Similiter dicit Od. IV. 15. ῥόδοις δὲ κρᾶτα Πύκασον, et Od. XLII. 5. στεφανίσκους δ' ὑακίνθων κροτάφοισιν ἀμφιπλέξας. – v. 7. ἐπικαίει, frons mihi calet, ardet, prae aestu amoris s. propter aestum amoris, vid. Buttm. gr. Gr. §. 116. – v. 9. κραδίη. elegans est apostrophe, qua etiam utitur in Fragm. I. 24. ἄγε, θυμέ, πῇ μέμηνας. Verte aestum autem Amoris continere ac sedare, anime, qui possum, ne caput petat, i. e. continere ac sedare non possum.

XXII. (ιζ' v. 10 sq.).

Εἰς Βάθυλλον.

Παρὰ τὴν σκιὴν Βαθύλλου
κάθισον· καλὸν τὸ δένδρον·
ἁπαλὰς δ' ἔσεισε χαίτας
μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ.
παρὰ δ' αὐτὸν ἐρεθίζει
πηγὴ ῥέουσα πειθοῦς.
τίς ἂν οὖν ὁρῶν παρέλθοι
καταγώγιον τοιοῦτο;

Od. XXII. v. 2. καθίσω Boiss. Mehlh. quia κάθισο est in Cod. Vat. sed accentus Stephani lectionem κάθισον tueri videatur. — v. 5. Alii cum Steph. παρὰ δ' αὐτῷ, ut versus sit Ionicus a maiore cum anacrusi disyllaba, vel potius anaclomenus, ut Od. XXXIV. 6.

Od. XXII. Absque dubio poeta hoc odario invitavit Bathyllum, ut amicum exspectaret, qui sub umbrosa eius arbore et geniali, ubi ambo saepius forsitan consederant, ipsum vellet convenire. Atque hanc ob causam hunc locum ab amoenitate commendat.

v. 1. παρὰ τὴν σκιὴν Βαθύλλου cet., iuxta umbraculum Bathylli cet., nam σκιή hoc loco pro σκιάς positum recte observat Mehlh. Comparat Fisch. Theocrit. Id. V. 32. τᾶνδ' ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα ταῦτα καθίξας, et Virg. Id. V. 3. cur non — Hic corulis mixtas inter considimus ulmos? — v. 3–4. ἔσεισε χαίτας — κλαδίσκῳ pro τοὺς κλάδους κινῶν, ἅμα τὰ φύλλα σείει. Etenim dativus videtur esse positus pro διὰ κλαδίσκου, ut sit Latinorum ablativ. causae, et aor. ἔσεισε tempori praesenti ἐρεθίζει respondet, cf. Thiersch. gr. Gr. §. 291, 3. Rost. §. 116. not. 4. — v. 5. παρὰ δ' αὐτὸν ἐρ., iuxta hunc ramum dependentem sub arboris opacae umbraculo susurro suo invitat fons Suadae iugis, i. e. fons, qui, dum garrit, cohortatur et invitat, ut accedas et otio fruaris; quam etiam ob causam appellatur fons Suadae, i. e. deae dulcis persuasionis, iucundissima ad animum specie. Ἐρεθίζειν apud scriptores seriores in bonam partem sumitur, ut Latinum irritare, i. e. allicere, invitare, ut fruaris. Cf. Fisch. ad h. l. — v. 7 – 8. τίς ἂν — παρέλθοι καταγώγιον τοιοῦτο, quis enim praetereat tale deversorium, hospitium, sub umbrosa scilicet arbore, ad fontem garrulum, Ruhelager. Sic etiam καταγώγιον apud Ael. V. H. III. 1, ubi eleganter describuntur Tempe Thessalica, adhibitum reperitur.

XXIII. (ιδ').

Εἰς φιλάργυρον.

Ὁ πλοῦτος εἴ γε χρυσοῦ
τὸ ζῆν παρεῖχε θνητοῖς,
ἐκαρτέρουν φυλάσσων,
ἵν', ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ,
λάβῃ τι, καὶ παρέλθῃ.
εἰ δ' οὖν μὴ τὸ πρίασθαι

Od. XXIII. v. 3. φυλάσσων recent. editt., vere, si Anacreontis hoc carmen est. Mehlh. cum Fisch. φυλάττων retinuit. Cf. quae de hoc odario monuit Herm. Elem. metr. p. 479. – v. 6. εἰ δ' οὖν μὴ τὸ πρ. Hanc Cod. Vat. lectionem cum Herm. l. l. et Boiss. recipiendam censui; sensus enim esse videtur: si hominibus innatum est non emere vitam. Mehlh. cum Brunck. et recent. editt. εἰ δ' οὔ τί που, quod interpretatur: quodsi prorsus denegatum est emere vitam, hanc ob causam μή poni non potuisse iudicans. Cf. Herm. ad Vig. p. 773 sq. Elmsl. ad Eurip. Med. 87. Rost gr. Gr. §. 135. c. p. 536. Lectionem Steph. εἰ δ' οὐδὲ τὸ πρ. Fisch. recepit et defendit. Cf. Mehlh. p. 139, qui cum Pauwio, quod etiam mihi olim placuit, versus ita transposuit, ut eorum ordo esset hic v. 11. 10. 8.

Od. XXIII. Quum mors certa mihi impendeat, auro, ut abeat, non corrumpenda, curarum et sollicitudinis expers, Baccho et Veneri vacabo.

v. 1. ὁ πλοῦτος εἴ γε χρ. cet. siquidem (dummodo) divitiae auro vitam mortalibus possent redimere cct., nam εἴ γε hic est particula conditionalis, ut apud Soph. Electr. 387. ἀλλ' ἦν ἄν, εἰ σύ γ' εὖ φρονεῖν ἠπίστασο. Cf. Herm. ad Vig. p. 793., et χρυσοῦ non cum Fisch. ad πλοῦτος trahendum, ita ut abundantiam, copiam significet, ut apud Herodot. II. 121. πλοῦτος ἀργύρου μέγας, sed potius cum Mehlh. χρυσοῦ accipiendum pro genitivo pretii, v. Buttm. gr. Gr. mai. §. 119. 6. 2. 126. 9. 1. Matth. §. 342. – v. 3. ἐκαρτέρουν φυλ., diligenter, perseveranter custodirem, servarem, vid. Rost. gr. Gr. §. 129. 2. c. et 5. Buttm. gr. Gr. mai. §. 131. 8. φυλάσσων autem absolute dictum et subintelligendum αὐτόν, sc. τὸν πλοῦτον. – v. 4. ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ, si mors adveniat, superveniat, vid. ad Od. II. 6. Quum mors homines opinione citius opprimere soleat, ἐπέρχεσθαι dixit poeta, quod est inopinate et praeter opinionem advenire, cf. Hom. Od. V. 472. Theocr. Id. IV. 60. XXVII. 56. Hinc Od. XXIV. 7. πρίν ἐμὲ φθάσῃ τὸ τέλος. – v. 6. Huius versus forma eadem est, quae ver-

τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς,
τί καὶ μάτην στενάζω;
τί καὶ γόους προπέμπω;
θανεῖν γὰρ εἰ πέπρωται,
τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;
ἐμοὶ γένοιτο πίνειν,
πιόντι δ' οἶνον ἡδὺν
ἐμοῖς φίλοις συνεῖναι,
ἐν δ' ἁπαλαῖσι κοίταις
τελεῖν τὰν Ἀφροδίταν.

9. Sed iam nihil mutare velim, quia haec tantum idea expressa videtur: quid moerore conficior, quo mihi divitiae? quam priorem cogitationem poeta v. 8 et 9 exemplis effert; nam grata et vivida dictionis negligentia v. 10. sententiam versus 6. et 7. repetiisse censendus. Itaque Mehlh., v. 11. uncinis includenti, non assentior. – v. 15. Lect. Vat. cum Boiss. ac Mehlh. recepi, ita ut hic versus choriambico metro attribuatur ⏑⏑–⏑–⏑. Brunck. ἁπαλαῖσιν ἔν τε κ., quod ob anacrusin disyllabam in hoc carmine ferri non potest. cf. Herm. p. 448. Si quid mutandum, scripserim ἐν ἁπαλαῖσιν δὲ κ., ut versus sit anapaestus cum trochaeo, qui recurrit Od. XXXVII. 10. Cf. Mehlh. Ceterum memoratu digna hic videtur prior Herm. coniectura ἐνὶ δ' ἁπαλαῖσι κ., ut versus sit Hegemoscolius, cf. Od. LIX. 3.

sus ultimi, cf. Herm. El. metr. p. 479. – | – – ⏑ ⏑ | – ⏑. Vid. not. crit. nam ἔνεστι hic non pro ἔξεστι positum esse sat superque docet v. 10., qui est ἐπανάληψις huius versiculi. Recte contulit Fisch. Aristoph. Ran. 1394. *Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ.* – v. 8. 9. quid adeo (praeterea) frustra ingemisco ac lamenta emitto, nam ita solebat copula interrogativis τίς, πῶς, ποῖ, ποῦ, ποῖος postponi, ut Porson. ad Eurip. Phoen. 1371. pluribus exemplis probavit. – v. 12. ἐμοὶ γένοιτο, mihi detur, concedatur, i. e. liceat. – v. 14. ἐμοῖς φίλοις συνεῖναι, familiariter amicorum s. sodalium consuetudine uti, ut in oratione pedestri οἰκείως χρῆσθαί τινι. Fisch. φίλους accepit de παιδίσκοις et ἐρωμένοις. – v. 15. ἐν δ' ἁπαλ. κ., pro usitatiore ἐν δὲ μαλακαῖσι κοίτ., nam ἁπαλός et μαλακός inter se differunt, ut tener et mollis, cf. Fisch. ad Od. XXII. 4. Pollux X. 41. ἔστι δὲ εἰπεῖν, ἁπαλὴ στρωμνὴ καὶ μαλακή. – v. 16. τελεῖν τὰν Ἀφροδίταν, perficere opera Veneris, vacare Veneri, cf. fragm. I. 23. Plenius Theocrit. Epigr. IV. 4. *Κύπριδος ἔργα τελεῖν.* Cf. Spanh. ad Callim. hymn. in Apoll. 14.

XXIV. (λη').

Εἰς ἑαυτόν.

Ἐπειδὴ βροτὸς ἐτέχθην
βιότου τρίβον ὁδεύειν,
χρόνον ἔγνων, ὃν παρῆλθον·
ὃν δ' ἔχω δραμεῖν οὐκ οἶδα.
μέθετέ με, φροντίδες·
μηδέν μοι καὶ ὑμῖν ἔστω.
πρὶν ἐμὲ φθάσῃ τὸ τέλος,

Od. XXIV. v. 1. ἐτύχθην Boiss., ceteri editt. ἐτέχθην, quae est lectio Cod. Vat., priori superscripta, et, ut mihi quidem videtur, praeferenda; est enim correctio librarii, exemplar suum denuo perlustrantis. - v. 5. μέθετε δή με coniecit Boiss., unam syllabam periisse arbitratus.

Od. XXIV. Haec cantiuncula profecta est ab homine metri et prosodiae prorsus ignaro, qui syllabas tantum numerasse videtur, ut versum Anacreonticum cum anacrusi disyllaba expleret, accentu tamen in paenultima versus cuiusque syllaba ex more seriorum servato, cf. Mehlh. Argum.: Quum vita sit brevis egoque, quamdiu victurus sim, nesciam, missas facio curas ac sollicitudines genioque meo indulgeo.

v. 1. ἐπειδὴ βροτὸς ἐτέχθην cet., si quidem mortalis natus (vel ἐτύχθην, factus) sum, ut vitae viam irem, i. e. viverem, cf. Rost. gr. Gr. §. 125, 7. ed. 3. Matth. gr. Gr. mai. §. 534, d. Vulgo ὥςτε vel ὡς subintelligi solet. Βιότου τρίβος. (cf. Hermann ad Orph. p. 812.) notissima vitae comparatio cum cursu vel via, vid. Pind. Ol. VI. 13. Nem. VI. 10. Cic. de Senect. 18. extr. Potest enim quidquam esse absurdius, quam, quo minus viae restat, eo plus viatici quaerere? Cf. Gernh. - v. 3. et 4. χρόνον ἔγνων cet., tempus, quod praeterii, i. e. quod exactum est, scio. Proprie autem poeta dicere debuisset δρόμον ἔγνων, ὃν παρ., sed transit a via vel curriculo ad tempus, quoniam et viae et tempori communis est notio spatii, ut recte observat Fisch. Quare statim sequitur ὃν δ' ἔχω δραμεῖν cet., quem vero vitae cursum adhuc decurrendum habeam, i. e. quamdiu victurus sim, nescio. Quum enim cursus vel spatii notio insit in vocabulo χρόνον, παρῆλθον et δραμεῖν dicens, haec verba ad viam vel cursum retulit κατὰ τὸ σημαινόμενον. - v. 5. μέθετέ με φρ. cet., ἐάσατέ με φρ. cet., missum me facite, i. e. valete, curae, sollicitudines, cf. Od. XLI. 16. τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν. - v. 6. μηδέν μοι καὶ ὑμῖν, scil. κοινόν, vid. ad Od. XVII. 4. - v. 7. πρὶν ἐμὲ φθ. dictum pro πρὶν ἂν ἐμὲ φθ., antequam me opprimat mors; τέλος, scil. τοῦ βίου, unde ap. Plat. οἱ τὸ τέλος ἔχοντες, vita defun-

παίξω, γελάσω, χορεύσω
μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου.

XXV. (μγ΄).

Εἰς ἑαυτόν.

Ὅταν πίω τὸν οἶνον,
εὕδουσιν αἱ μέριμναι.
τί μοι γόων, τί μοι πόνων,
τί μοι μέλει μεριμνῶν;
θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω·
τί τὸν βίον πλανῶμαι;
πίωμεν οὖν τὸν οἶνον
τὸν τοῦ καλοῦ Λυαίου·

Od. XXV. 3. Ita cum Boiss. et Mehlh. legendum censui: nam librarius Cod. Pal. ipse literis supra scriptis indicavit se verba hoc ordine ponere voluisse. Vulgo τί μοι πόνων, τί μοι γόων. Cf. Herm. El. metr. p. 480, quem, hoc versu excepto, in hoc carmine typis exscribendo secutus sum. – v. 6. τί δὲ Boiss., sequens Cod. Pal. et Steph. Omisit Herm. particulam δέ. Cf. Mehlh. p. 138.

cti. – v. 8. παίξω, ludendo me oblectabo, vid. Od. XI. 10. γελάσω, ridendo iocabor, vid. Od. V. 5. VI. 3. XVIII. 15. Λυαίου, vid. Od. VI. 13.

Od. XXV. Quum vinum curas ac sollicitudines dissipet, eandem ob causam, ne vitam iis consumat, bibendi consilium capit.

v. 1. τὸν οἶνον, non τοῦ οἴνου, quia largiter more consueto bibere volebat, vid. Rost. §. 108. not. 8. edit. 3. – v. 2. εὕδουσιν, quiescunt. cf. Schaeferus ad Elmsleii ed. Sophocl. Oed. Col. 307. Μέριμναι autem hic non sunt curae, quas amor creat, sed curae edaces, sollicitudines; vid. Ilgen. de Scol. poes. p. 242. Cf. Horat. Od. I. 18, 3. sq. II. 11, 17. sq. μέριμναι omnino sunt curae, quae animum quasi dividunt, πόνοι vero labores, aerumnae, quae corpus animumque debilitant, e quibus γόοι, lamenta, nascuntur. – v. 3. 5. Versibus Anacreonteis poeta hos duos Iambicos acatalectos immiscuit. – v. 6. τί τ. β. πλανῶμαι; quid me abduci patiar a vita, i. e. a vitae iucunditate, h. e. cur vitam curis laboribusque consumam? sich um's Leben täuschen, Deg. Sed accusat. βίον non pendet a praepositione omissa κατά, ἀνά, (nam alio prorsus sensu accipiendum Hom. Il. XXIII. 321. ἵπποι δὲ πλανόωνται ἀνὰ δρόμον) cf. Rost. gr. Gr. §. 104. 7. Buttm. gr. Gr. mai. §. 118, 1. – v. 7. πίωμεν, bibamus. Poeta a singulari ad pluralem transit, ut in universum ad bibendum admoneat. cf. interprett. ad Sophocl. Philoct. 645. et Elmsl. ad Eurip. Med. 552. – v. 8. τοῦ καλοῦ Λυαίου, vid. ad Od. VI. 13. Appellatur autem Bacchus pulcher, quia erat iuvenilis deus curisque liberabat, cf. Od. XXVII. 2. 4. –

σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς
εὕδουσιν αἱ μέριμναι.

XXVI. (μϛ').

Εἰς ἑαυτόν.

Ὅταν ὁ Βάκχος εἰςέλθῃ,
εὕδουσιν αἱ μέριμναι·
δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου
θέλω καλῶς ἀείδειν·
κισσοστεφὴς δὲ κεῖμαι,
πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ.
ὅπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω.
φέρ' ἐμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ·

Od. XXVI. v. 1. Lectionem Vat. cum Brunck. et Boiss. retinui, ut versus sit Hegemocreticus, cuius exemplum alias non occurrit in Anacreonteis. Mehlh. cum Bothio recepit ὁ Βάκχος ὅταν ἐςέλθῃ, ut secundae arseos solutio admittatur, uti Od. VI. 3. cf. Herm. El. metr. p. 484. – v. 8. [φέρ' ἐμοί. φέρε μοι Mehlh., re-

v. 9. Versus est epitritus secundus cum anacr. monosyllaba longa, ut Od. XXXII. 18. – σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς, dum nos bibimus, vid. Buttm. gr. Gr. mai. §. 128. Rost. gr. Gr. §. 125. 2.

Od. XXVI. Adhortatio ad bibendum. Totum hoc carmen, sicuti superius et id, quod sequitur, pro imitatione carminis XXII. et in deterioribus habendum.

v. 1. ὅταν ὁ Βάκχος εἰς. cet., i. q. ὅταν πίω τὸν οἶνον, Od. XXV. 1. Plenius Od. XXVII. 3 et 4. – v. 3. δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κρ., mihique visus habere Croesi divitias. Croesi, Lydorum regis, divitiae in proverbium abiere, vid. ad Od. XV. 1., unde Theocr. Id. X. 32. Αἴθε μοι εἴησαν ὅσα Κροῖσον φαντὶ πεπᾶσθαι. – v. 4. θέλω καλῶς ἀείδ., pulchre, i. e. suaviter canere gestio, h. e. dulci delector cantu. ἀείδειν est assa voce canere, vid. Theocr. Id. VIII. 8. – v. 5. κισσοστεφής, i. e. κισσῷ πεπυκασμένος, corona hederacea tempora cinctus, cf. ad Od. VI. 5. Hedera Baccho sacra. – κεῖμαι, i. q. στορεσάμενος, Od. IV. 8, stratus, reclinatus iaceo, de potatore feriante: etenim hoc verbum non raro usurpatur de iis, qui vita otiosa fruuntur, cf. Hom. Il. II. 688. κεῖτο ἐν νήεσσι – Ἀχιλλεύς. Vid. Ilgen. de Scol. poesi p. 200. – v. 6. πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ, scil. ἐν, cf. Thiersch. gr. Gr. §. 262. 3, 4. Matth. gr. Gr. mai. §. 404, omnia animo calco, i. e. contemno, despicio, metaphora de rebus vilibus, quas pedibus calcamus, ducta, cf. Od. XLVI. 6, ubi simpliciter est πατεῖσθαι, ut apud Aeschyl. Eumenid. 110. καὶ ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα. – v. 7. ὅπλιζ', vel

μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
πολὺ κρεῖσσον ἢ θανόντα.

XXVII. (μζ').

Εἰς Διόνυσον.

Τοῦ Διὸς ὁ παῖς, ὁ Βάκχος,
ὁ λυσίφρων, ὁ λυαῖος,
ὅταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς
εἰςέλθῃ μεθυδότας,
διδάσκει με χορεύειν.

ctius, opinor. V. C. F. R.]. Quum Herm. l. l. p. 475. anacrusis promiscue modo e duabus, modo ex una syllaba non videatur esse facta, hoc totum carmen stropham esse censuit. Cf. Mehlh. p. 165.

Od. XXVII. v. 2. Articulum ὁ, quem habet Cod. Vat. et Steph., plurimi editt. omittunt. – v. 3. Retinuit Boiss. Cod. Vat. scripturam τὰς ἐμάς, quod ferendum in hoc carmine ἀμέτρῳ, cf. Od. XXIV. 7., nisi praeferas ἁμάς cum Mehlh. p. 166. Cf. Buttm. gr. Gr. max. p. 280. – v. 4. μεθυδότας Cod. Vat., Steph., Boiss. Ceteri editt. omnes μεθυδώτας, quam seriorum poetarum formam iam praeivit Hesiod. Opp. 553. δώτης, ἀδώτης. Cf. Mehlh. p. 167. – v. 5. διδάσκομαι Mehlh., duarum scilicet stropharum,

vina para, ita ut e contextu πίνειν sit subintelligendum, vid. ad Od. XXI. 1—2. Hom. Il. XI. 641. Od. II. 289., vel σαυτόν supplendum, cf. Od. XXI. 6., ut sit sensus: licet tu arma capessas in bellumque curras, ego quidem me ebrium quam mortuum iacere malo. Priorem sententiam si amplectaris, ὅπλιζε ad servum est referendum, quem, quum vinum administrare iussisset, statim etiam v. 8. poculum afferre iubet. Posteriorem autem si praeferas, qua nescio quae dulcis idearum enascitur varietas, tum poeta non puerum pocillatorem, sed alium quendam sive praesentem sive absentem compellasse est cogitandus. – v. 8–10. Hi tres versiculi posteriores anacrusin habent disyllabam brevem, vid. not. critic. Compara Fisch. Od. XXXVIII. 8. 10. Ἐμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ, – φόρησον. – v. 9. μεθύοντα, vid. ad Od. VI. 3. Ludit poeta in verbo κεῖσθαι. Cf. cum hoc carmine Od. XXXVIII.

Od. XXVII. Hoc carmen, etsi spurium et Od. XXII. ac praecedentis imitatio, tamen bene sententiam exprimit, Bacchum laetitiae et amoris esse auctorem. – v. 1. Sensus est: si vino largiter hausto sum exhilaratus, ad summam laetitiam abripior. Poeta epitheta Bacchi nimium auxit. – v. 2. ὁ λυσίφρων, qui mentem curis solvit, laetitiae dator; ὁ λυαῖος, quod alias est cognomen Bacchi, hic pro epitheto dei habendum, ut λύσιος in hymn. Orph. L. 2. V. Od. VI. 18. – v. 4. μεθυδότας, Dorice pro μεθυδότης, vini dator, cf. Hymn. Orph. XLVII. 1. ubi legitur μεθυδώτης. – v. 5. χορεύειν, quod est

ἔχω δὲ καί τι τερπνόν,
ὁ τᾶς μέθας ἐραστάς·
μετὰ κρότων, μετ' ᾠδᾶς
τέρπει με κ'Ἀφροδίτα,
καὶ πάλιν θέλω χορεύειν.

XXVIII. (ιε').

Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἑταίραν.

Ἄγε, ζωγράφων ἄριστε,
γράφε, ζωγράφων ἄριστε,

quibus hoc carmen constare putabat, ratione habita. Equidem scripturam Vat. διδάσκει με retinendam censeo. – v. 9. Mehlh. contra auctoritatem cod. Vat. τέρπει καί μ' Ἀφροδίτα, ut v. 8. cum versu antecedente possit coniungi. – v. 10. Sic legit Steph. cum cod. Pal. – Herm. πάλι, quae forma seriorum est poetarum, scribit, alii καί omittunt. Sed arsis soluta occurrit etiam v. 1. et. Od. LII. 1. Cf. Herm. El. metr. p. 477.

proprie choreas agere, hic summam ebrii poetae hilaritatem exprimere videtur, cf. ad Od. XIII. 12. Haud dubie ob oculos habuit Od. XXXVIII. 3. 13. – v. 6. ἔχω δὲ καί τι τ., nescio qua adeo perfundar voluptate, quadam voluptate me adeo sentio perfusum, nam καί habet vim augendi, quae etiam inest pronomini τίς, si praemittitur. – v. 7. ὁ τᾶς μέθας ἐρ., pro ὁ τῆς μέθης ἐραστής, qui Dorismi seriorem carminis aetatem coarguunt, vid. Mehlh. Prolegg. p. 12. – v. 8. μετὰ κρότων, inter saltationes, cf. ad Od. VI. 9 et 10., sed κρότοι pertinere videntur ad pulsus pedum, quibus saltantes terram quatiunt, cf. interprett. ad Horat. Od. XXXVI. 2. [κρότος manuum, comissationi peculiaris. Vid. Philostr. Imagg. I. 2. p. 7, 20. Aristaen. I. 10. p. 27. F. I.]

Od. XXVIII. Egregium hoc carmen, quod, sicuti Od. XXIX, anacrusin disyllabam constanter servat, excellentemque muliebris formae pulchritudinem depingit, Musa Anacreontis dignissimum. Venustatem femineam descripturus poeta hac ratione utitur, ut pictor illam in tabula quasi ordine quodam exprimere iubeatur, quae res ei occasionem praebuit, ut, quidquid pulchritudinis in corpore femineo cogitari possit, paulo fusius significaret. Etenim hic nullo modo sermo esse potest de imagine mulierculae venustae in cera exprimenda, quae artificis animo uno quasi continuo et saepius repetito oculorum obtutu obversari debuit, neque ita, ut poeta canit, cf. vv. 9. 18—30., re vera pingi potuit. Sed poeta amicae amore abreptus hoc artificio utitur, ut pulchritudinem eius extollat, nihilque eorum, quae faciunt ad decus muliebre augendum, praetermittat. Tenerrimus in hoc odario regnat pulchri sensus, tantaque imaginationis vis, ut poetae pictor, sicut in animo, ita etiam ob oculos versari videatur. Cf. Lessing. Laoc. p. 219.

v. 1–5. Cumulat poeta verba idem valentia, ut artificis ani-

Ῥοδίης κοίρανε τέχνης,
ἀπεοῦσαν, ὡς ἂν εἴπω,
γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην.
γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας·
ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,
γράφε καὶ μύρου πνεούσας.
γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς,
ὑπὸ πορφυραῖσι χαίταις,
ἐλεφάντινον μέτωπον.

Od. XXVIII. v. 3. Recte Boiss. lectionem Vat. *κοίρανε* retinuit, quam ego iam in priore Anacreont. editione servandam statui; nam recte Ionicus maior immisceri potest ditrochaeis, cf. Od. V. 2. 14. *κάρανε*, quod coniecit Lennep. ad Phalar. Epp., Mehlh. cum aliis recepit.

mum sibi conciliet. cf. Fisch. *Ζωγράφος* dicitur pictor, quatenus amicam ad vivum exprimebat, cf. Valcken. ad. Theocrit. Id. XV. 81. – v. 3. vid. Winckelm. Gesch. der Kunst, IV. 1. p. 93. *Ῥοδίης κοίρ. τέχνης*, est pictor egregius, nam *κοίρανος* dicitur, quicunque excellit et regnat in aliqua re. Sic Homerus in Anthologia *κοίρανος ὕμνων*; Musae in Orphic. Fragm. XXI. *κοίρανοι, αἷσι μέμηλε χορός, Θαλίαι τ' ἐρατειναί.* Cf. Graev. ad Cic. Ep. IX. 18, 1. Rhodii arte pingendi excellebant, cuius rei causa Pindarus eos laudat Olymp. VII. 95. sqq. – v. 4. *ὡς ἂν εἴπω*, vid. Od. XXIX. 2. *ὡς διδάσκω*. – v. 6 sq. *τὸ πρῶτον*, primum mihi pinge capillos molles et nigros cet., nam magna venustatis muliebris pars ponebatur in capillorum nigritudine, cf. Franc. Iunius de pict. Vett. III. 9, 6. Hinc Musae appellantur *ἰοπλόκαμοι* apud Pind. Pyth. I. 2. et *ἰοβόστρυχοι* Ol. VIII. 83. – v. 8. *ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται* scil. *γράφειν*, vel potius absolute sumendum, cera s. tabula cerea si ferat, i. e. si satis apta sit ac valeat, cf. Od. LXIII. 7. Veteres pingebant ceris, quae ars, quia colores inurebantur, dicebatur encaustica, cf. Plin. H. N. XXXV. 11. Blanckenburg. ad Sulzer. Theorie der schönen Wiss. sub voce Enkaustik. Millin. Diction. des Beaux Arts. Encaustique. – v. 9. *μύρου πνεούσας*, capillos unguentis olentes, h. e. unguentis delibutos, cf. ad Od. IX. 3 et 5. XIII. 10. XX. 11. Rost. gr. Gr. §. 108. 6 et not. 21. ed. 3. – v. 10–12. *ἐξ ὅλης παρειῆς*, inde ab ea parte, ubi integra gena est depicta ac desinit, nam praepositio *ἐκ* saepe ita ponitur, ut rem proxime adiunctam parti alterius indicet, cf. Passov. Lex. Graec. Iubet autem poeta imaginem suae amicae obliquam (en profil) pingi, in qua altera tantum mala poterat exprimi integra, alterius autem pars tantum ostendi, unde v. 22. *παρειὰς* adhibuit. Frontem autem a gena coniunctam quam proxime sibi cogitat poeta, quod putabatur praecipua venustatis muliebris pars; cf. Fisch. – *ὑπὸ πορφυραῖσι χ.*, i. e. *ὑπὸ μελαίναισι χ.*, vid.

τὸ μεσόφρυνον δὲ μή μοι
διάκοπτε, μήτε μίσγε·
ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνη,
τὸ λεληθότως σύνοφρυν
βλεφάρων ἴτυν κελαινήν.
τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον,

ad v. 7., nam πορφ. de capillis nigricantibus vel nigris dictum, quoniam colori purpureo inest aliquid fusci ac subnigri. Ita etiam μέλας non de summa nigritudine usurpatur, sed voci πορφ. est συνώνυμος, vid. Lexic. – v. 12. ἐλεφάντινον μέτ. est candida frons, cuius color ex hisce capillis pulchrius exsplendescebat, vid. Od. XXIX. 29. ἐλεφάντινος τράχηλος. Elegantius noster hanc sententiam expressit, quam Theocrit. Id. X. 24. Καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις. Sic etiam Latini, cf. Ovid. Amorr. III. 7. Heroid. XX. 57. – v. 13 sq. τὸ μεσόφρυνον δὲ μή μοι cet., ne supercilium mihi discinde, disiunge, neque confunde, i. e. supercilia neque nimium inter se distent, nec plane coeant, cf. Aristaen. Ep. I. 1. τὸ δὲ μεσόφρυνον τὸ μέσον ἐμμέτρως τὰς ὀφρῦς διορίζει, quem loc. Fisch. contulit cum Ovid. Art. am. III. 201. arte supercilii confinia nuda repletis. Claudian. X. 267. Quam iuncto leviter sese discrimine confert umbra supercilii. – v. 15 et 16. cum affirmatione effertur sententia, quae iam praecesserat cum negatione, qui παραλληλισμὸς mirum in modum vim et iucunditatem orationis auget, cf. Matth. ad hymn. Homeric. I. 1. Sophocl. Ai. 835. γεύεσθε, μὴ φείδεσθε πανδήμου στρατοῦ, nam nolim cum Herm. αὐτῶν post γεύεσθε supplere. – ἐχέτω, scil. τὸ μεσόφρυνον, ὅπως ἐκείνη, sc. ἑταίρη, cf. Od. XLIII. 4. βασιλεὺς ὅπως., cet.: habeat cera, sicut illa, nigricantem superciliorum arcum, qui palpebras quasi ambiens furtim coeat, cf. Mehlh. Etenim τὸ λεληθότως σύνοφρυν βλεφ. ἴτυν dictum videtur pro τὰς ὀφρῦς λεληθότως συγκεχυμένας, supercilia furtim coeuntia, et nigra, quae etiam nunc habentur in pulchritudinis parte, cf. Guys. lit. Reise I. p. 106. Τὸ λεληθότως, nam significatio eadem est, sive disiunctim, sive iunctim scribas, ut πεποιθότως formatum, vid. Mehlh., qui cum Steph. articulum adverbio annexuit, cf. Wolf. praef. ad Hom. Il. p. LXII. ed. Lips. 1804 et Poppon. Prol. ad Thucyd. I. p. 219 et 220. – v. 17. ἴτυς metaphorice elatum de extrema palpebrarum parte orbiculata. Cf. Fisch. – v. 18. sq. τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀλ. cet., lumen oculorum deinde mihi pinge plane ardens s. igneum, nam νῦν referendum ad τὸ πρῶτον versus 6., nunc deinceps, vid. Passov. Lex. Gr., et ἀληθῶς idem est ac si dixisset τῷ ὄντι sive ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς πυρός. Comparat Fisch. Aristaen. d. l.

ἅμα γλαυκόν, ὡς Ἀθήνης,
ἅμα δ' ὑγρόν, ὡς Κυθήρης·
γράφε ῥῖνα καὶ παρειάς,
ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.
γράφε χεῖλος, οἷα Πειθοῦς,
προκαλούμενον φίλημα.
τρυφεροῦ δ' ἔσω γενείου,
περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ,
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.
στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν
ὑποπορφύροισι πέπλοις·

ὀφθαλμοὶ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες. – v. 20 et 21. ἅμα γλαυκόν, ὡς cet., oculum caesium, cuiusmodi oculi Minervae tribuuntur, cf. Hom. Il. I. 206., simulque udum, lubricum, voluptate suffusum, quales oculi erant Veneris, deae amoris, cf. Quint. XI. 3, 76 et Doering. ad Horat. Od. I. 14, 8., quales etiam amicae esse volebat, sed tamen temperatos caesii coloris gravitate, vid. Winckelm. Gesch. der Kunst. IV. 1. p. 147. Cf. Mehlh. Ceterum v. 20. μέν post ἅμα est supplendum; vid. Rost. gr. Gr. §. 134. 5. c. – v. 23. ῥόδα τῷ γάλ. μίξας, rosas lacti admiscens, h. e. genas candidas roseo colore suffusas: grata venustatis muliebris imago! Comparat Fisch. Aristaen. d. l. λευκαὶ ἐπιμὶξ καὶ ὑπέρυθροι παρειαί. Ovid. Met. III, 242 sq. decusque Oris, et in niveo mixtum candore ruborem. – v. 24–25. οἷα Πειθοῦς, vid. ad Od. IV. 7. et XXII. 6., pinge mihi labium, ut Suadelae, invitans ad osculum, h. e. »pinge labia eiusmodi, ut pelliciant et invitent ad oscula, nam quidquid habet vim alliciendi, ei tribuitur Πειθώ, ex quo intelligitur versum 25. adiectum esse interpretationis (et exornandae imaginis) causa,« Fisch. [v. 25. προκαλούμενον φίλημα, i. e. προκαλούμενον πρὸς τὸ φιλῆσαι. Cf. quae monuimus in gr. Gr. §. 104. not. 5. ed. 3. V. C. F. R.] – v. 26–28. τρυφεροῦ δ' ἔσω γεν. cet., intra inferiorem mollis, teneri menti partem, collum usque porrectam, circa collum candidum cet., cf. Lessing. Laoc. p. 218., quae interpretatio etiam v. 27. firmatur, qui quasi explicationis causa adiectus videri posset, nisi poeta pulchritudinis amicae depingendae nimis studiosus fuisset. Λύγδινος a Λύγδος in insula Paro. Schol. ad Pind. Nem. IV. 131. Πάριος δὲ λίθος ἐστὶν ὁ καλούμενος Λύγδινος. Est igitur λύγδ. τράχηλος i. q. Od. XXIX. 29. ἐλεφάντινος τράχηλος. – v. 28. Χάριτες, Gratiae, deae venustatis, a quibus, quidquid est venustum et pulchrum, proficisci putatur. Hinc etiam collum amasiae circumvolitare cogitantur. – v. 29. στόλισον τὸ λοιπὸν cet., orna eam veste subpurpurea, qui color aptissimus est ad candidum colorem cutis ostendendum et augendum. Τὸ λοιπόν, postremum, referendum ad partic. νῦν v. 18., et pluralis πέπλοις intelligendus de sinuosa et longa veste, quae alias στολή et Od. XX. 7. χιτών vocatur, de cuius figura vid. Winckelm.

διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.
ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν·
τάχα, κηρέ, καὶ λαλήσεις.

XXIX. (ιϛ').

Εἰς Βάθυλλον.

Γράφε μοι Βάθυλλον οὕτω,
τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω.
λιπαρὰς κόμας ποίησον,
τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας,
τὰ δ' ἐς ἄκρον ἡλιώσας·

Gesch. der Kunst I. p. 200. et Boettig. Sab. p. 398 et 416. – v. 31, 32. διαφαινέτω δὲ σαρκῶν, i. e. διὰ πέπλων φαινέτω ὀλίγον σαρκῶν, ex veste subpurpurea pelluceat aliquantulum cutis, corpus prodens: licet enim ars mulieres lucida veste (Coa) pingendi a Polygnoto demum intra Ol. XC. usurpata dicatur ap. Plin. XXXV. 9., tamen mulierculae iam antea incedebant vestibus corpus prodentibus. Vid. Xen. Mem. II. 1. 22. extr. Ael. V. H. VII. 9. Arist. Lysistr. 216. διαφανῆ χιτώνια, i. e. δι' ὧν διαφαίνεται τὰ σώματα τῶν γυναικῶν., cf. Fisch.: »ἐλέγχειν ita positum est hoc loco, ut κατηγορεῖν apud Xenoph. Cyrop. I. 4. 3. et ap. Plat. Phaed. 18., ut sit ostendere, quale quid sit, prodere. – v. 33, 34. ἀπέχει, satis est, sufficit. Amicae meae pulchritudo ad vivum expressa est. Hesych. ἀπέχει· ἀπόχρη, ἐξαρκεῖ.

Od. XXIX. De natura imaginis, quam pictor hoc etiam in carmine exprimere iubetur, ut exemplum formositatis virilis Bathylli imagine exhibeat, eadem va ent, quae ad carmen praecedens monuimus. Cf. quae Bross. p. 207. ad hoc Od. animadvertit, cui statuas varias, ut Adonidis, Bacchi, Mercurii ob oculos vidētur habuisse poeta. Quas quum vidisset neque omnes harum statuarum partes tanta venustate reperiret praeditas, ut Bathylli pulchritudinem superarent, pictorem id pingere iubet, quod pulcherrimum sit. At repente in Apollinis imaginem incidit, cuius eximia pulchritudine motus, pictorem rogat, ut tabulam Apollinis sibi pingat, quae pulchritudini Bathylli respondeat, ita ut, si Samum ipse venerit, formam Apollinis recte exprimere possit e Bathylli facie.

v. 1. 2. γράφε – – τὸν ἑταῖρον, i. q. τὰ παιδικά. cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 420. Vid. Od. XXVIII. 2. 5. – v. 3. ποίησον, γράψον, conf. Od. XXVIII. 19. λιπαρὰς κόμας idem, quod κόμας μύρον πνεούσας, comas nitidas, unguentis delibutas, cf. Interprett. ad Horat. Od. I. 4, 9. et me ad Cic. orat. Catil. 10. 22. – v. 4. 5. τὰ μὲν ἔνδοθεν – τὰ δ' ἐς ἄκρον, intrinsecus, h. e. a radicibus, – extrinsecus, h. e. ad extremas earum partes, nam τὰ μέν – τὰ δέ per se est partim – partim, nulla ratione generis, numeri, casus, nominum praecedentium habita, vid. Od. LV. 3. et 4. et Matth. gr. Gr. §. 288. b. – ἡλιώσας,

ἕλικας δ' ἐλευθέρους μοι
πλοκάμων, ἄτακτα συνθείς,
ἄφες, ὡς θέλωσι, κεῖσθαι.
ἁπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες
στεφέτω μέτωπον ὀφρὺς
κυανωτέρη δρακόντων.
μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω,
κεκερασμένον γαλήνῃ,
τὸ μὲν ἐξ Ἄρηος ἕλκον,

Od. XXIX. v. 8. *ὡς θέλωσι* Cod. Pal. et Steph., quod improbant Fisch. et Mehlh., *ὡς θέλουσι* scribentes, receperunt tamen

solis splendorem referentes, i. e. colore flavo splendentes, nam *κόμ. μέλαιναι* sunt comae nigricantes, vid. ad Od. XXVIII. 11., quibus opponuntur *ἡλιῶσαι*, quarum collecti apices splendorem rutilantem emittebant, (in dem Grunde braunes Dunkel, und am Rande Sonnenflimmer.), vid. Winckelm. Gesch. der Kunst, II. p. 220. sq. Cf. Mehlh. ad h. l. – v. 6-8. Hos versiculos eleganter vertit Salmas. Ep. de coma p. 263.: annulos cirrorum incompositos sine, ut effundi volunt, libere iacere, nullo vinculo collectos, nam *ἕλικες πλοκάμων* sunt cincinnuli capillorum, capilli crispati, torti, et quum *ἄτακτα* (i. e. *ἀτάκτως*) *συντιθέναι* sit sine arte et ordine componere, apparet versum 8. explicationis atque exornationis causa esse additum, cf. ad Od. XXVIII. 25. – *ὡς θέλωσι*, i. q. *ὡς ἂν θέλωσι*, quae quidem particula rarius omittitur, vid. Thiersch. gr. Gr. §. 341. 3. Cf. Hom. Il. V. 161. IX. 323. – v. 9. sq. Teneram et mollem frontem ornet supercilium nigricans cet., nam *δροσῶδες* dictum videtur de fronte molli, quae, sicut tenera frons, apud veteres praecipua habebatur venustatis laus. Vid. Winckelm. Gesch. der Kunst, II. p. 185. Comparat Mehlh. *χείλεα δροσόεντα* Anal. III. p. 76. Anth. Pal. V. 270. *μηρῶν δροσερῶν* Anal. II. p. 370. A. P. XII. 208. et *δροσερῶν στομάτων* Anal. III. p. 71. A. P. V. 244. ibique Iacobs. – v. 11. *κυανωτέρη δρακόντων*. color e nigro et caeruleo mixtus, qualis est color maris (violett, dunkelbraun), et violae (*κυαναυγὲς ἴον* in Anal. II. 393. A. P. V. 74.). vid. ad Od. XXVIII. 7. et 11. Hinc feminarum sollemnia apud poetas epitheta *κυανόφρυς*, ut Theocr. Id. III. 18. IV. 59. et *κυανέη* Hesiod. Sc. 7. – v. 12 et 13. *ὄμμα γοργὸν ἔστω, κεκ. γαλήνῃ*, oculus torvus, i. e. gravis, hilaritate sit mixtus, vel ut Fisch. explicat, »oculi, vultus, serena gravitate, hilari severitate, sint pleni.« Cf. Iacobs. ad Anth. Gr. I. 1. p. 418. Metaphora a maris tranquillitate desumta, et *κεκερασμένον* positum pro usitatiore *κεκραμένον*, vid. Buttm. gr. Gr. max. II. p. 164. – v. 14 et 15. *τὸ μὲν ἐξ Ἄρ. ἕλκον*, cet., torvum vultum ex Marte, serenum

τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης,
ἵνα τις τὸ μὲν φοβῆται,
τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται.
ῥοδέην δ', ὁποῖα μῆλον,
χνοΐην ποίει παρειήν·
ἐρύθημα δ', ὡς ἂν Αἰδοῦς
δύνασαι βαλεῖν, ποίησον.
τὸ δὲ χεῖλος, οὐκέτ' οἶδα,
τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις
ἁπαλόν, γέμον τε Πειθοῦς.
τὸ δὲ πᾶν, ὁ κηρὸς αὐτὸς

Brunck. et Boiss., vid. explicationem. – v. 18. ῥοδέην praeferendum censeo vulgato ῥοδίνην, quia in Cod. Pal. est ῥοδ$\overset{ε}{ι}$νην, ex correctione librarii, exemplar, quod descripserat, denuo perlustrantis. Plerumque enim lectiones supra positae meliores videntur, cf. v. 14. ἐξ ἄρ$\overset{η}{ε}$ος ἕλκων Cod. Vat. Vid. ad Od. XXIV. 1. et XXV. 3. Huc accedit, quod, ut recte monuit Fisch., ῥόδινος est rosaceus, e rosis confectus, cf. Od. V. 15, sed ῥόδεος colorem rosarum referens, ut Od. LI. 17. ῥοδέων ὕπερθε μαζῶν, ex Venere trahat, sumat. Cf. Winckelm. Gesch. der Kunst. II. p. 87. τὸ μέν – τὸ δέ i. q. ἐκεῖνο – τοῦτο, sed indefinite dictum, unum – alterum, vid. Buttm. gr. Gr. §. 113 et 136. – τῆς καλῆς Κ., scil. ἐκ, nam saepe omittitur praepositio, si iam praecesserat, cf. Matth. gr. Gr. mai. §. 595. 4. – v. 16–17. τὸ μέν – τὸ δέ, absolute dictum, partim quidem – partim vero, vid. ad vers. 4 et 5. – φοβῆται, metu afficiatur, metuat; ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται, pendeat a spe, i. e. spe haereat, ut spes, quam exprimit vultus serenitas, dubia videatur et incerta, metaphora a rebus suspensis ad animum translata. – v. 18 sq. Verba sic ordina: ποίει τὴν ῥοδέην παρ. χνοΐην ὁποῖα μῆλον, metaphora a lanugine mali Cydonii (Pirus Cydonia, L.) desumta. Cf. Io. Henr. Voss. ad Virg. Id. II. 51. III. 70. – ὁποῖα, ὅπως, ut οἷα pro ὡς, vid. ad Od. IV. 7. – v. 20 et 21. Ordinem verborum hunc esse puta: ποίησον, ὡς ἂν δύνασαι βαλεῖν, ἐρύθημα Αἰδοῦς, adiice, quantum addere potes, genae pudoris ruborem. Variat autem poeta constructionem, vid. v. 18 et 22. – v. 22–23. Ita ut cum Boissonadio interpunximus, sensus est hic: »labia illa tam delicata, tam Suadae plena, non iam novi quo poteris modo apte reddere,« conf. Buttm. gr. Gr. §. 138. 6. I. nam qui cum aliis editt. post ποιήσεις distinguunt, iis v. 24. ἁπ. γέμον τε Π. sunt verba poetae, quibus pictorem post aposiopesin vers. 23. admonendum putabat de labiorum pingendorum artificio. – γέμον τε Πειθοῦς, vid. ad Od. XXVIII. 24. et Matth. gr. Gr. §. 330. – v. 25–27. τὸ δὲ πᾶν, i. q. alibi τὸ ὅλον,

ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.
μετὰ δὲ πρόςωπον ἔστω
τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν
ἐλεφάντινος τράχηλος.
μεταμάζιον δὲ ποίει
διδύμας τε χεῖρας Ἑρμοῦ,
Πολυδεύκεος δὲ μηρούς,
Διονυσίην δὲ νηδύν.
ἁπαλῶν δ' ὕπερθε μηρῶν,
μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,
ἀφελῆ ποίησον αἰδῶ,
Παφίην θέλουσαν ἤδη.

licet bene sciam eiusmodi discrimina non perpetuo servari a poetis, cf. Mehlh. ad h. l. – v. 35. Steph. probat Canteri coniecturam *μαλερόν* pro *μηρῶν*, quam receperunt Flaider. et Both. Sed contrahi potest anacrusis anapaestica, ut v. 45. Cf. Mehlh. ad h. l.

omnino, denique, ut uno verbo dicam, cf. Rost. gr. Gr. §. 96. not. 4. ed. 3. – *ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ*, i. q. *ἔστω λαλῶν, καίπερ σιωπῶν*. Cf. Herm. ad Vig. 183. p. 753. – v. 27. *μετὰ δὲ πρόςωπον* cet., statim post, i. e. prope faciem sit [post faciem pictam. vid. Schaefer ad Aesopi Fab. p. 145. F. I.], h. e. facici iungas collum eburneum, splendore Adonidis collum superans. *τὸν Ἀδώνιδος*, sc. *τράχηλον*, cuius collum iuvenile laudabatur a splendore cutis. – *παρελθών*, metaphorice dictum, cf. Hom. Od. XIII. 291. *ὅς σε παρέλθοι ἐν πάντεσσι δόλοισι*. – *Ἐλεφάντινος τρ.*, i. q. *λύγδινος τρ.* Od. XXVIII. 27. Cf. v. 12. – v. 30. *μεταμάζιον*, sc. *τὸ στῆθος*, cf. Hom. Il. V. 19. Poeta enim vult ita eminere mamillas, ut inter eas pateat cavum, nam veteres Mercurium finxerunt mammosum. vid. Winckelm. Gesch. der Kunst, II. p. 226., eiusque manus et ob dexteritatem et ob agilitatem laudarunt, cf. Fisch. – v. 32 – 33. Sicuti Polluci, iuveni formosissimo, ut pugili bono, torosa tribuebantur femora, ita etiam Bacchi tenerrimus ac pulcherrimus laudatur venter. Cf. Winckelm. lib. laudat. II. p. 91. sqq. p. 113. sqq. p. 228. – v. 34 – 37. *μηρῶν*, grata *ἐπαναλήψει*, *πῦρ ἐχόντων*, causa pro effectu posita, quia ignis amoris, sub cutem dimanans, rubrum colorem gignit, cf. Sapph. II. 10. [cupiditatis flammas excitantium. Aeschyl. ap. Athen. XIII. p. 602. E. de Ganymede: *μηροῖς ὑπαίθων τὴν Διὸς τυραννίδα*. F. I.]. *ἀφελῆ αἰδῶ* cet., pudenda depilia, aut potius nuda, quia sequitur *Παφίην θέλ. ἤδη*, amplexus Venereos iam expetentia. Sed respectu artis pingendi habito prior explicatio praeferenda, vid. Winckelm. lib. laudat. IV. 1. p. 81. II. p. 80 sq. cf. Fisch. et Mehlh. Talibus picturis pudorem Graecorum naturam et artem admirantium non laesum fuisse recte observat Degen. Cf. Herder. krit. Wälder II. p. 160. et Winckelm. Werke. I. p. 14. sq. –

φθονερὴν ἔχεις δὲ τέχνην,
ὅτι μὴ τὰ νῶτα δεῖξαι
δύνασαι· τὰ δ' ἦν ἀμείνω.
τί με δεῖ πόδας διδάσκειν;
λάβε μισθόν, ὅσσον εἴπῃς.
τὸν Ἀπόλλωνα δὲ τοῦτον
καθελών, ποίει Βάθυλλον.
ἦν δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθῃς,
γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.

XXX. (ιθ').

Εἰς Ἔρωτα.

Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα
δήσασαι στεφάνοισι

v. 38-46. Quum poeta omnes pulchritudinis partes enumerasset, neque partem corporis aversam videre se posse meminisset, indignatione quasi correptus, utpote nihil amplius visurus, pergit: sed invidiosam exerces artem, quippe qui mihi tergum ostendere non possis. Sed pudori legentium praeclare inservivisse putandus est. – *τὰ δ' ἦν ἀμείνω*, pro *τοῦτο δ' ἂν ἦν ἄμεινον*, nam res certa sub conditione quadam expressa videtur esse: »hoc ita erat melius, si fieri potuisset,« ut vertit Mehlh., quem vid. in Exc. p. 235. sqq. cf. Od. XXIII. 3. Virg. Georg. II. 132 sq.: Et, si non alium late iactaret odorem, Laurus erat. – v. 41. Sensus est hic: quid opus est, ut doceam te, quales fieri debeant pedes, nam ex Apollinis imagine poteris conficere Bathylli imaginem. – v. 42. *ὅσσον εἴπῃς*, i. q. *τόσον, ὅσον ἂν εἴπῃς*, vid. Od. XXVIII. 4. cf. Rost. gr. Gr. §. 128. not. 1. et Matth. gr. Gr. mai. §. 527. not. 2. – v. 43. Hic vers. est Ionicus a maiore cum anacrusi disyllaba. *καθελών*, demens, nam *καθαιρεῖν* h. l. est id, quod ex loco aliquo suspensum erat, inde demere. Herodt. V. 114. *ἐμαντεύθη σφι (τοῖς Ἀμαθουσίοις), τὴν μὲν κεφαλὴν κατελόντας θάψαι κ. τ. λ.* Sensus est: tanta est similitudo Bathylli et Apollinis, ut tu, suspensa Apollinis imagine sumta, ex ea facile Bathyllum, ex huius effigie conficere possis Apollinem. – v. 45. *ἦν – ποτ' ἔλθῃς*, si quando Samum veneris. cf. Rost. gr. Gr. §. 121. c. Etenim Bathyllus vivebat Sami, ubi »templum Iunonis, cuius ante aram statua erat Bathylli, a Polycrate dicata, qua nihil unquam adfectatius fuit.« Apul. Florid. II. extr.

Od. XXX. Constat hoc Od. Ionicis a maiore et trochaeis, contracta thesi priore, vid. Herm. El. metr. p. 482. Amor, rudis antea, a Musis ad humanitatem formatus, Pulchritudini traditur, quippe soli idoneae, quae eum, iam cultiori vitae adsuetum, retineat. *Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον καὶ πῦρ καλή τις οὖσα.*

v. 2. *στεφάνοισι*, coronis

τῷ Κάλλει παρέδωκαν.
καὶ νῦν ἡ Κυθέρεια
ζητεῖ, λύτρα φέρουσα,
λύσασθαι τὸν Ἔρωτα.
κἂν λύσῃ δέ τις αὐτόν,
οὐκ ἔξεισι, μενεῖ δέ·
δουλεύειν δεδίδακται.

XXXI. (η').

Εἰς ἑαυτὸν μεμεθυσμένον.

Ἄφες με, τοὺς θεούς σοι,
πιεῖν, πιεῖν ἀμυστί·
θέλω, θέλω μανῆναι.
ἐμαίνετ' Ἀλκμαίων τε,

Od. XXXI. v. 4. Herm. El. metr. p. 476. ἐμαίνετο πρὶν Ἀλκμάν, sed addens, » non ausim tamen quidquam mutare, « cf. Od. XV. 15. Syllaba secunda vocis Ἀλκμαίων potest videri esse correpta, vid. Thiersch. gr. Gr. §. 168. 13. p. 222. et Mehlh. Prolegg. §. 25, qui hoc carmen in sex strophas distribuit, quarum ul-

catenarum loco adhibitis, respectu moris captivos vinciendi habito. Cf. Virg. Id. VI. 19. Aggressi - - iniiciunt ipsis ex vincula sertis., ubi Io. Henr. Voss. nostrum locum comparat. - v. 6 sq. λύεσθαι dicitur is, qui redimit captivum, λύειν autem is, qui reddit, cf. Clark. ad Hom. Il. I. 20. - v. 7. Verba ita iunge: ἢν δὲ καὶ λύσῃ τις αὐτόν. - v. 8. ἔξεισι, futuri significatione, vid. Buttm. gr. Gr. §. 96, 5. Rost. gr. Gr. §. 80. 2. Hinc statim sequitur fut. μενεῖ, i. e. παραμενεῖ, cf. Od. IX. 20.

Od. XXXI. Metr. vid. ad Od. I. Insanire se, sed non, ut alios, terribili furore, sed suavi quadam et amabili insania correptum esse ait; quam sententiam exemplis exornat poeta. Vid. ad Od. XIII.

v. 1. ἄφες με referendum ad πιεῖν, sine me bibere cet., vid. ad Od. XXI. 2. - τοὺς θεούς σοι, scil. ὄμνυμι s. ἐπόμνυμι, vid. Rost. gr. Gr. §. 104. not. 14. ed. 3. et Matth. gr. Gr. §. 419. τοὺς θεούς σοι est formula iurisiurandi, in qua σοί abundat, vid. Matth. gr. Gr. mai. §. 392. Conf. Fisch. et Lamb. Bos. Ellips. p. 461. sqq. ed. Sch. Animo poetae commoti bibendique ac furendi avidi haec convenit oratio imperfecta iuxta et anaphora vv. 3, 9 et 19. De verbo μανῆναι vid. ad Od. XIII. 12. Cf. Od. XIV. 1. - v. 4. Ἀλκμαίων, Amphiarai ex

χὠ λευκόπους Ὀρέστης,
6 τὰς μητέρας κτανόντες·
ἐγὼ δὲ μηδένα κτάς,
πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον,
9 θέλω, θέλω μανῆναι.
ἐμαίνεθ' Ἡρακλῆς πρὶν
δεινὴν κλονῶν φαρέτρην
12 καὶ τόξον Ἰφίτειον.
ἐμαίνετο πρὶν Αἴας
μετ' ἀσπίδος κραδαίνων
15 τὴν Ἕκτορος μάχαιραν.
ἐγὼ δ', ἔχων κύπελλον
καὶ στέμμα τοῦτο χαίταις,
οὐ τόξον, οὐ μάχαιραν,
19 θέλω, θέλω μανῆναι.

tima uno abundat versu. Sed quum nemo scire possit, uter versuum 17 et 18 sit omittendus, recte talia intacta relinquenda censuit. Mehlhornium si sequi velis, v. 17. spurius videri possit. At quid strophas hic suspicari oportet? Carol. Lachmann sex versus ex hoc carmine fecit, ἐξ ὁμοίων ab ipso appellatos, vid. Chor. syst. trag. Graec. p. 4 sq.

Eriphyle filius, ob matris caedem a Furiis agitatus; ut etiam v. 5. χὠ λευκόπους Ὀρ., vid. ad Od. XLIII. 7. Utraque fabula saepe in scena est exhibita. Tribuitur epitheton λευκόπους, nudis et discalceatis pedibus, furore correptis. Haec ἀνυποδησία autem apud vett. erat signum vel nimiae festinationis, cf. Aesch. Prom. v. 135. Artemid. IV. 63. Anal. III. 213., vel luctus, cf. Bion. Id. I. 21. Suet. Aug. 100., vel in primis religiosi cuiusdem furoris, vid. Spanh. ad Callim. p. 818. Steph. Morini dissertatt. octo. Ien. 1683. p. 81. sqq. Cf. Mus. Pio-Clem. V. tav. X. – v. 8. ἐρυθρὸν οἶνον, epithet. vini Homericum. – v. 10 sq. Notus est furor Herculis, qui arcu Iphiti, quem occiderat, abusus est ad Megaram uxorem filiosque occidendos. Sed pharetra dicitur δεινή, terribilis, quia plena erat telis mortiferis, cf. Fisch. et Mehlh. – v. 13–15. Αἴας, Telamonis filius, propter Achillis arma Ulyssi concessa in furorem actus, in gladium post singulare certamen ab Hectore acceptum (cf. Il. η. 303. Soph. Ai. 1015 – 1025.) incubuit, cf. Soph. Aiac. imprimis v. 806–856. – μετ' ἀσπίδος, scil. ἑπταβοείου, vid. Hom. Il. VII. 220. et Sophocl. Ai. 571. ἑπτάβοιον ἄῤῥηκτον σάκος. Ceterum admirandus vigor orationis, qua laudatos heroas agentes quasi oculis intuemur. – v. 17. τοῦτο et ad κύπελλον et ad στέμμα referendum. – χαίταις, scil. ἐν, conf. Thiersch. gr. Gr. §. 262. 4.

XXXII. (ιγ').

Εἰς τοὺς ἑαυτοῦ Ἔρωτας.

Εἰ φύλλα πάντα δένδρων
ἐπίστασαι κατειπεῖν,
εἰ κύματ' οἶδας εὑρεῖν
τὰ τῆς ὅλης θαλάσσης,
σὲ τῶν ἐμῶν Ἐρώτων
μόνον ποιῶ λογιστήν.
πρῶτον μὲν ἐξ Ἀθηνῶν
Ἔρωτας εἴκοσιν θές,
καὶ πεντεκαίδεκ' ἄλλους.
ἔπειτα δ' ἐκ Κορίνθου
θὲς ὁρμαθοὺς Ἐρώτων·

Od. XXXII. v. 3. Cod. Vat. εἰ κυμαθῶδες, Spal. κῦματῶδες, quod cum vix ferendum esset, sagaciter in κύματ' οἶδας mutavit Davis. ad Cic. de N. D. II. 47., cf. explicat. – v. 6. Recepit Boiss. lectionem Vat. ποῶ pro ποιῶ, ut Od. XLV. 4. ἐπόει pro ἐποίει. Sed quum idem Cod. Od. IV. 2. πόαις pro ποίαις contra metrum scripserit, equidem hoc etiam loco eius auctoritatem non facile sequar, praesertim quum haec omissio vocalis ι unice vulgaris sermonis Attici esset propria, docente Herm. ad Eurip. Hec. p.

Od. XXXII. Hoc carmine satis lepide innumeros esse poetae amores docetur. Degen. Anakr. et Sapph. Lieder. p. 223. ed. II. illud ad amicorum coetum exhilarandum esse compositum censet. Alii aliter.

v. 1–6. Admirabilis quaedam venustas inest orationis vigori, qua poeta computatorem (λογιστήν) alloquitur. – v. 2. κατειπεῖν idem est, quod ἀριθμῆσαι, καταριθμῆσαι, dinumerare, recensere. – v. 3. κύματ' – εὑρεῖν, formula de re impossibili, cf. Theocr. Id. XVI. 60. ἐπ' ᾀόνι κύματα μετρεῖν, ibique Kiessl. Lucian. Amorr. c. 2. θᾶττον ἄν μοι – θαλάττης κύματα – ἀριθμήσειας ἢ τοὺς ἐμοὺς Ἔρωτας, quem locum ex hoc Anacreontis loco expressum putabat Dorvill. Vann. crit. pag. 573. Cf. Ael. V. H. XIII. 15. et Virg. Georg. II. 108. nosse, quot Ionii veniant ad litora fluctus. – v. 5. ἐμῶν Ἐρώτων, puerorum et puellarum formosarum, quas a se amari fingit poeta, et quas v. 27. ψυχῆς ἐμῆς Ἔρωτας vocat. – v. 7 –13. πρῶτον μέν – ἔπειτα δέ est Latin. primum – deinde, nam poeta quasi ordine Amores suos enumerare videtur voluisse, sed v. 14. filum orationis abrumpit concitatioreque animo motus orationis colorem variat, cf. vv. 18. 19. 24. – v. 8. θές, numera, metaphora ducta ab iis, qui calculis positis numerant, conf. Fisch. – v. 9. ἄλλους, scil. ἐξ Ἀθηνῶν, sed poeta hos non priore comprehendit numero, facete quasi simulans hos quindecim alios sibi non statim succurrisse, cf. Mehlh. – v. 11. ὁρμαθοὺς Ἐρώτων, de multitudine et copia amorum continua, vid. Hom. Od. XXIV. 8. cf. Fisch. Corinthus pulchritudine et lascivia feminarum cum maxime nota. –

Ἀχαΐης γάρ ἐστιν,
ὅπου καλαὶ γυναῖκες.
τίθει δὲ Λεσβίους μοι,
καὶ μέχρι τῶν Ἰώνων,
καὶ Καρίην Ῥόδον τε,
δισχιλίους Ἔρωτας. —
τί φής; — ἀεὶ κηρῷ θές.
οὔπω Σύρους ἔλεξα,
οὔπω πόθους Κανώβου,

XXV. Vid. Mehlh. Prolegg. p. 31. - v. 16. Pro vulgato *Καρίης Ῥόδον τε* lectionem Vat. exquisitiorem cum Boiss. restituendam censui. - v. 18. Cod. Vat. *ἀεὶ κηρωθείς*, ad quam ineptissimam membranae lectionem proxime accedit Baxteri coniectura *ἀεὶ κηρῷ θές*, ab omnibus fere editt. iure recepta, excepto Mehlh., qui *ἀνεπτερώθης;* num in admirationem abriperis? quod Herm. Elem. metr. p. 476 coniecit, in ordinem recipere non dubitavit, quod metri lex spondeum ante syllabam catalecticam non patiatur. Sed Herm. l. l. talem productionem non esse reiiciendam docet, lectionem Vat. vers. 25. a nobis cum Brunck et Boiss. pro vulgato *τοὺς ἐκτὸς αὖ Γαδείρων* receptam probans. Cf. Mehlh. p. 68.

v. 12. *Ἀχαΐης — ἐστίν*, vid. Rost. gr. Gr. §. 108. 3. Matth. gr. Gr. mai. §. 355. Iam Hom. Il. III. 75 et 258. Achaiam *καλλιγύναικα* appellavit. Cf. Schol. ad Aristoph. Plut. 378. et Strab. VIII. p. 378. - v. 14. *τίθει* i. q. v. 18. *ἀεὶ θές*, vid. Rost. gr. Gr. §. 124. 2. Buttm. gr. Gr. §. 124. 5. - *Λεσβίους*, etiam Lesbus insula erat venustate feminarum nobilis, vid. Athen. XIII. 9. - v. 15. *μέχρι τῶν Ἰώνων*, usque ad Ioniam, i. e. additis puellis Ionicis, vid. Vig. p. 420. Cf. Athen. V. 20. Meurs. Rhod. I. 20. p. 67. sq. - v. 16. Vulgatam lect. *Ἰώνων — Καρίης — Ῥόδον* retinuit Mehlh., supplens scilicet *προβὰς θὲς ἐκ τούτων*. Sed accusativus mihi videbatur praeferendus, nam *Καρίην Ῥόδον τε* positum est pro *Κᾶρας Ῥοδίους τε*: poeta enim constructionem variasse cogitandus. - v. 18. *τί φής;* ad *λογιστὴν* referendum, cui immani puellarum numero stupefacto ac poetam interpellanti respondetur: *ἀεὶ κηρῷ θές*, perge numeros in cera ponere, maior enim mihi adhuc restat. vid. ad Od. XXXI. 17. Plenius dicitur Hom. Batrach. 3. *ἣν* (sc. *ἀοιδὴν*) *νέον ἐν δέλτοισιν ἐμοῖς ἐπὶ γούνασι θῆκα*. Pind. Pyth. XI. 56. *θῆκέ τ' Αἴγισθον ἐν φοναῖς*. - v. 19. *ἔλεξα*, i. q. *ἠρίθμησα*, nam poeta *κατειπεῖν* et *λέγειν* ipse interpretatur vocabulo *ἀριθμεῖν* v. 24. Cf. Hom. Od. IV. 452. *ἐν δ' ἡμέας πρώτους λέγε κήτεσιν κ.τ.λ.* *Σύρους*, simpliciter dictum, scil. *πόθους*, amores, qui mihi sunt in Syria, regione feminarum venustate nobili. *Πόθους* autem h. l. idem significat, quod *Ἔρωτας*, licet horum vocabulorum notio primitiva ea sit, ut *πόθος* pertineat ad absentes, *ἔρως* autem ad praesentes, vid. Platon. Cratyl. p. 420. - *Κανώβου*, pro usitatiore *Κανώπου*; conf.

οὐ τῆς ἅπαντ' ἐχούσης
Κρίτης, ὅπου πόλεσσιν
Ἔρως ἐποργιάζει.
τί σοι θέλεις ἀριθμῶ
καὶ τοὺς Γαδείρων ἐκτός,
τοὺς Βακτρίων τε κ'Ἰνδῶν,
ψυχῆς ἐμῆς Ἔρωτας;

XXXIII. (γ').

Εἰς χελιδόνα.

Σὺ μέν, φίλη χελιδόν,
ἐτησίη μολοῦσα,

Mehlh., cuius oppidi ab Alexandria stadia centum et viginti distantis luxuries cognosci potest ex Strab. XVII. p. 1152. Cf. Io. Henr. Voss. ad Virg. Georg. IV. 287. p. 830. – v. 21. τῆς ἅπαντ' ἐχούσης, Cretae omnibus rebus abundantis: etenim nolim cum Fisch. ita interpretari, ut de omnis generis pueris et puellis dictum sit. – v. 22. ὅπου πόλεσσιν ἐποργιάζει, ubi Amor sacra celebrat in urbibus, nam Cretenses paulo erant intemperantiores, vid. Athen. XIII. 8. – v. 24. θέλεις ἀριθμῶ, conf. Od. XII. 1. 4 et 7. et Buttm. gr. Gr. §. 126. 7. – v. 25–27. Recte Fisch. observat poetam iocari, quippe canentem sibi etiam extra terras esse amores, nam insula Gades habebatur terminus orbis terrarum occidentem versus, vid. Pind. Nem. IV. 112. Io. Henr. Voss. ad Virg. Georg. I. 247. et II. 481. Atque hanc ob causam Bactrorum et Indorum mentio fit, quum Anacreontis aetate nomina horum populorum, qui orbem terrarum versus orientem terminare credebantur, nondum satis essent cognita. Vid. Iuven. X. 1. Omnibus in terris, quae sunt a Gadibus usque Auroram et Gangem., et Io. Henr. Voss. ad Virg. Georg. IV. 211. p. 803. et III. 27. p. 529.

Od. XXXIII. Ad hoc carmen pangendum, in quo poeta nimium lascivit eandemque fere sententiam, quam in superiore, extulit, occasionem praebuisse videtur fabula de ovo illo, ex quo a furva Nocte parto exclusus est Amor desiderabilis. Cf. Aristoph. Avv. 695. sqq. .... Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν, Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός. [Facit huc Plato de Rep. IX. p. 573. de Amore: ἆρ' οὖν οὐ πολλαὶ καὶ δειναὶ παραβλαστάνουσιν ἐπιθυμίαι ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἑκάστης. – ὅταν δὲ πάντ' ἐπιλίπη, ἆρα οὐκ ἀνάγκη μὲν τὰς ἐπιθυμίας βοᾶν πυκνάς τε καὶ σφοδρὰς ἐννενεοττευμένας. Cf. Aelian. H. A. XIV. 7. F. I.] – v. 1. φίλη χελιδόν, conf. Od. XII. 2. – v. 2. ἐτησίη, i. e. ἐτησίως, κατ' ἔτος, quotannis. Sic saepe, praecipue si anni, mensium, diei ac noctis temporis in-

θέρει πλέκεις καλιήν,
χειμῶνι δ' εἰς ἄφαντος
ἢ Νεῖλον, ἢ 'πὶ Μέμφιν.
Ἔρως δ' ἀεὶ πλέκει μευ
ἐν καρδίῃ καλιήν.
Πόθος δ' ὁ μὲν πτεροῦται,
ὁ δ' ᾠόν ἐστιν ἀκμήν,
ὁ δ' ἡμίλεπτος ἤδη.
βοὴ δὲ γίγνετ' αἰεὶ
κεχηνότων νεοττῶν.
Ἐρωτιδεῖς δὲ μικροὺς
οἱ μείζονες τρέφουσιν·
οἱ δὲ τραφέντες εὐθὺς
πάλιν κύουσιν ἄλλους.
τί μῆχος οὖν γένηται;

dicantur, vid. Theocr. Id. II. 4. ὅς μοι δωδεκαταῖος — — οὐδέποθ' ἥκει. Mus. Her. et Leandr. 286. παρθένος ἠματίη, νυχίη γυνή. Cf. Heindorf. ad Horat. Sat. I. 6, 128. et Rost. gr. Gr. §. 98. not. 5. ed. 3. — v. 3. θέρει — χειμῶνι, scil. ἐν, sed in vividiore scribendi genere praepositio solet omitti. Vid. Rost. gr. Gr. §. 106, d. Sic etiam Lat., vid. Oudendorp. ad Iul. Caes. B. G. IV. 1. — v. 5. ἢ — ἢ 'πί, vid. ad Od. IX. 22. ὄρη τα καὶ κατ' ἀγρούς. Nilum et Memphin poeta posuit pro Africa, quo hirundines adventante auctumno migrare solent. — v. 8. πόθος i. q. ἔρως, vid. ad Od. XXXII. 20. — πτεροῦται, uolucer fit, plumat. Comparat Fisch. Horat. Epod. XVII. 80. desiderii temperare poculum, i. e. φίλτρον temperare, miscere, parare, gravissimum amorem iniicere« cet. Mitsch. — v. 9 sq. Sensus est: alius nondum est exclusus, alius iam est semiexclusus. — v. 12. νεοττῶν, scil. Ἐρώτων, pullis hirundinis similium. Recte contulit Fisch. Lucian. Timon. I. p. 101. ed. Graev. ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες, ὥσπερ τὴν χελιδόνα προσπετομένην τετριγότες οἱ νεοττοί. — v. 13. Ἐρωτιδεῖς, parvulos Amores, cui μικρούς additum est, quia v. 14. sequitur μείζονες. Vid. de hoc deminutivo patronymico Matth. gr. Gr. §. 101. not. 1. p. 215. ed. 2. — v. 16. κύουσιν, pariunt, procreant, Hesych. κύει, ἐγκύμων ἐστί, γεννᾷ. Conf. Herm. ad Aesch. Danaid. p. XV. qui docet κύειν esse fecundare, κυεῖν procreare. Quod si verum est, hic κυοῦσιν scribendum fuit. — v. 17. τί μῆχος οὖν γένηται; quanam ratione me ex molestiis expediam? quid tandem consilii capiam? Cf. Hom. Il. IX. 249. οὐδέ τι μῆχος ἔσται, i. q. οὐδεμία μηχανὴ γενήσεται, ἀμήχανον ἔσται. Hom. Od.

οὐ γὰρ σθένω τοσούτους
Ἔρωτας ἐκβοῆσαι.

XXXIV. (μθ').

Εἰς κόρην.

Μή με φύγῃς, ὁρῶσα
τὰν πολιὰν ἔθειραν
μηδ', ὅτι σοι πάρεστιν
4 ἀκμαῖον ἄνθος ὥρας,

Od. XXXIII. v. 19. Recepi cum Fisch. et Boiss. Vat. lectionem ἐκβοῆσαι, quae mirum in modum vexavit interpretes, quorum alii aliter hunc locum tentare conati sunt. Nam Scalig. coniecit ἐκποῆσαι, Salmas. ἐκποιῆσαι, quod ieiunum; Triller. ἐκτροφῆσαι, quod, licet inusitatum, tamen recepit et laudavit Degen; Pauw. ἐκσοβῆσαι, quod Brunck. praetulit, et Mehlh. οὐ στέγω (pro σθένω) – ἐκβοῆσαι, neque enim perfero amplius tot amores in me fritinnire, comparans scilicet Thucyd. IV. 34. οὔτε γὰρ οἱ πῖλοι ἔστεγον τὰ τοξεύματα. Pallad. Anal. II. 410. Anth. P. XI. 340. στέξαι τὴν νόσον οὐ δύναμαι. Sed vid. explicat.

XIV. 238. οὐδέ τι μῆχος ἦεν ἀντήνασθαι. – v. 18–19. οὐ γὰρ σθένω cet., etenim non valeo, non possum, tot amores clamando, i. e. cantando, exigere, h. e. hilaritas et carmina medicinam mihi non afferunt: nam ἐκ in compositis significat discessum s. remotionem a loco, [compares verbum excantare, carminibus in alium locum traducere. F. I.] et ἐκβοᾶν bene dici potuit de poeta commoto et iocandi avido, quod etiam requirit v. 11. Cf. Od. XLVIII. 8. τὸ παροίνιον βοήσω. Fragm. I. 7. λιγυρὸν μέλος χροαίνων βοήσω. Nullum igitur poetae remedium amoris erant Musae, ut Cyclopi Theocriteo Id. XI. 1–3. Recte Fisch. explicationis causa attulit Aristoph. Equitt. 768. ἐὰν μή σ' ἐκφάγω (i. e. σ' ἐκφαγὼν ἐκβάλω) ἐκ τῆσδε γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι, et paulo infra: ἐγὼ δέ, σ' ἢν μή γ' ἐκπίω, scil. ἐκ τῆσδε γῆς. Sic etiam in loco a Mehlh. collato apud Eurip. Bacch. 35–36. καὶ πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων, ὅσαι Γυναῖκες ἦσαν, ἐξέμηνα δωμάτων.

Od. XXXIV. Constat hoc odarion primo quattuor versibus Pherecratiis inversis –υυ-υ–υ, tum poeta ad duos iustos Pherecratios assurgit, ..́.́.–υυ–υ, qui numerus ad reprehendendum est concitatior, tandem vv. 7. et 8. ad consuetos numeros Anacreonteos leniores transit, cf. Mehlh. Argum.: Poetae cani amorem quum fugisset rosea virgo, eam satis lepide compellat, candida lilia rosaceis corollis implexa decere docens.

v. 4. ἄνθος ἀκμαῖον ὥρας, vigens iuventutis flos, metaphora a flore plantarum arborumque ad iuvenilem aetatem (ὥραν) translata. cf. Fisch. et Heind. ad Plat. Phaedon. p. 80. C. ac Schaef. ad Dionys.

τἀμὰ φίλτρα διώξῃς.
ὅρα κἂν στεφάνοισιν
ὅπως πρέπει τὰ λευκὰ
8 ῥόδοις κρίνα πλακέντα.

XXXV. (νβ').

Εἰς Εὐρώπην.

Ὁ ταῦρος οὗτος, ὦ παῖ,
Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι.

Od. XXXIV. v. 5. Cod. Vat. δῶρα τὰ φίλτρα διώξῃς, ex qua scriptura recte effictum esse videtur ὥρας, τἀμὰ φίλτρα διώξῃς. Herm. Elem. metr. p. 481. versum 4 et 5 ita scribendum putabat: ἄνθος ἀκμαῖον, ὥρας Ἐμᾶς δῶρα διώσῃ, Mehlh. contra recepit τἀμὰ δῶρα διώξῃς. Vid. explicat.

Od. XXXV. v. 2. Cod. Vat. δοκεῖ τις εἶναί μοι Ζεύς, quem sequitur Boiss., ita tamen, ut Ζεύς μοι praeferat. Lectionem vulgatam Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι Palatini scriptura multo meliorem comp. p. 204.– τἀμὰ (i. e. τὰ ἐμά) φίλτρα διώξῃς. verbum διώκειν hoc sensu, quem hic obtinet, usurpatum torsit interpretes, cf. imprimis Mehlh. p. 173. Videamus igitur, an iusta interpretatione possit iuvari locus. Primitivus verbi διώκειν significatus est facere ut quispiam retro currat, i. e. aliquem abigere, a se repellere. vid. Buttm. Lexilog. I. p. 219. Cf. Theocr. XXVII. 35. Hom. Od. V. 332, et φίλτρα significat amorem, amoris consuetudinem, licet hoc ab antiquorum poetarum sermone abhorreat, cf. Herm. ad Orphicc. p. 823. Itaque τἀμὰ φίλτρα διώκειν haud ineleganter mihi quidem videtur dictum pro ἐμὲ φιλοῦντα διώκειν, ita ut huic verbo insit notio contemtus ac superbiae. Cf. Fisch., qui comparat Xenoph. Ages. III. 1. καὶ πάντων τῶν καλῶν ἦρα, καὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἐδίωκεν. – v. 6. Canum poetae caput comparatur cum liliis candidis et floridae virginis genae cum rosis. Suavissima haec est imago a sertis compotantium, e rosis et liliis nexis, translata. De κρίνῳ s. λειρίῳ vid. Io. Henr. Voss. ad Virg. Id. II. 45. Poeta addit λευκόν ornatus causa et quia etiam narcissus ita appellabatur. Sic etiam Theocr. Id. XI. 56. XXIII. 30. – κἂν, i. e. καὶ ἐν. – v. 8. πλακέντα ῥόδοις, scil. ἐν. Plene dicitur Od. XLIV. 8. πλακέντα ἐν Ἔρωσι. Vid. Od. XLIX. 21. Comparat Fisch. Ovid. Amorr. II. 5, 38. Quae rosae fulgent inter sua lilia mistae.

Od. XXXV. Ad hoc carmen, quod levioribus huius generis carminibus recte adnumerat Degen., pangendum descriptionem raptus Europae in tabula depicti occasionem praebuisse puta.

v. 2. Ζεύς τις, Iuppiter nescio quis, i. e. statua sive tabula Iovis, ein Zeus, nam plures erant imagines huius dei,

φέρει γὰρ ἀμφὶ νώτοις
Σιδονίην γυναῖκα·
περᾷ δὲ πόντον εὐρύν,
τέμνει τε κῦμα χηλαῖς.
οὐκ ἂν δὲ ταῦρος ἄλλος
ἐξ ἀγέλης ἐλασθεὶς
ἔπλευσε τὴν θάλασσαν,
εἰ μὴ μόνος ἐκεῖνος.

XXXVI. (ν').

Εἰς τὸ ἀνέτως ζῆν.

Τί με τοὺς νόμους διδάσκεις
καὶ ῥητόρων ἀνάγκας;

censet Mehlh. – v. 4. *Σιδονίην* praetuli cum Herm. El. metr. p. 480, voci *Σιδωνίαν*, quae erat recentiorum, Eustath. observante ad Dionys. Perieg. 117. Versus est logaoedicus, qui recurrit v. 8. – v. 10. Particulam *γ'* post *μόνος* a Stephan. insertam recte delevit Mehlh.

cf. Fisch. et Mehlh. – v. 3. *νώτοις*, pro *νώτῳ*, cf. ad Od. VI. 10. – v. 4. *Σιδονίην γυναῖκα*, scil. *τινά*, i. e. Europam, filiam Agenoris, regis Phoenices, cuius caput erat Sidon, a Iove raptam et in Cretam translatam. vid. Herodot. I. 2. Mosch. Id. II. ibique Mans. – v. 5. *πόντον εὐρύν*, i. e. mare medium s. mediterraneum, quod recentiores vocant. vid. Hom. Il. VI. 291. *ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον*. – v. 7–10. *οὐκ ἂν – – ἔπλευσε*, non facile tranarit s. tranet, vid. Rost. gr. Gr. §. 121. 8. d. Matth. §. 509. – *ἐλασθείς*, pro *ἐλαθείς*. cf. Matth. §. 232, et significatione media, qui deseruit, reliquit, a grege aberravit, cf. Rost. §. 114. 1. Buttm. §. 123, 2. – *πλεῖν*, i. q. *περᾶν* v. 5. Sic Hom. Od. III. 71. *πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;* cf. Heinr. ad Mus. 208. – v. 10. *εἰ μή*, post negantem sententiam, nisi, h. e. sed tantum, cf. Thiersch. gr. Gr. mai. §. 328. 3.

Od. XXXVI. Hoc carmen recentioris est poetae: primum enim aetas, qua Anacreon floruit, nullos tulit oratores, tum hic significatus vocabulo *ἀνάγκαι* seriore aevo tribui solitus, denique vox *ἡ κάρα* aetati Anacreonteae est ignorata. Constat vero his versibus Anacreonteis cum anacrusi disyllaba, 1. 3. 9. 10. anacrusi contracta, 2. 4. 5. 7., atque his puris Ionicis a maiore, 8. 12. 13.; v. 6. est Hegemoscolius et v. 11. epitritus quartus cum anacrusi contracta, vid. Od. XXXVIII. 5 et 7. Cf. Herm. El. metr. p. 483. Sensus horum versuum est hic: Nil me iuvant res seriae, (quam sententiam poeta per exempla effert) multo magis bibendum et Veneri litandum, nam seni fortassis brevi moriendum.

v. 1 et 2. Sensus: quid mihi prodest scientia iuris et ars dicendi s. eloquentia, nam *ῥητ. ἀνάγκαι* sunt praecepta artis dicendi scitu necessa-

τί δέ μοι λόγων τοσούτων,
τῶν μηδὲν ὠφελούντων;
μᾶλλον δίδασκε πίνειν
ἁπαλὸν πόμα Λυαίου·
μᾶλλον δίδασκε παίζειν
μετὰ χρυσῆς Ἀφροδίτης.
πολιαὶ στέφουσι κάραν.
δὸς ὕδωρ, βάλ' οἶνον, ὦ παῖ,
τὴν ψυχήν μου κάρωσον.
βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτεις·
ὁ θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ.

Od. XXXVI. v. 6. πόμα Cod. Pal. et Steph., πῶμα Mehlh. – v. 10. Ita Cod. Vat., βάλ' ὕδωρ, δὸς οἶνον in ordinem recepit Mehlh. cum Both. – v. 11. Ita Cod. Vat., quem Boiss. cum plurimis editt. sequitur; Barnes. ψυχὴν δ' ἐμοὶ κάρωσον, Mehlh. ψυχὴν δέ μοι κάρωσον.

ria, atque igitur ars dicendi ipsa, quam callere debebant ii, qui leges interpretabantur aliorumque dicebant causas. [De argumentis interpretor, quibus auditoribus assensus quodammodo extorquetur. Sunt etiam ἀνάγκαι πράγματος, quae in causa forensi grave momentum habent. Vid. Ernest. Techn. Rhet. V. p. 16. F. I.]. – v. 3. τί δέ μοι λόγ. τοσούτων, scil. μέλει, ὄφελος, quid mihi lucri afferent tales disputationes, nullam ad rem utiles. – v. 7. παίζειν, de oblectationibus amatoriis, cf. Od. XI. 10. Infra Od. XLI. 22. παίζειν μετὰ τῶν καλῶν γυναικῶν. – v. 9. πολιαί, scil. τρίχες, ut apud Lat. cani, vid. Gierig. ad Ovid. Met. III. 516. – v. 10. δὸς ὕδωρ, βάλ' οἶνον, scil. ἐν τῷ ποτηρίῳ, nam βάλλειν plerumque ita construitur pro εἰς το ποτήριον. Solebant enim veteres plerumque duabus vini portionibus addere tres portiones aquae, κεκραμένον τρία καὶ δύο, vid. Schol. ad Aristoph. Equitt. 1184, unde οἶνος φέρων τὰ τρία, vinum praestans. Si qui vero genio vellent indulgere, vinum cum aequalibus aquae portionibus miscebant, vid. Aristoph. Plut. 1133. ἴσον ἴσῳ κεκραμένον. [ὕδωρ h. l. malim referre ad aquam convivis initio coenae praebitam. Vid. Horat. I. Sat. IV. 88. F. I.]. – v. 11. κάρωσον, animum meum sopi, h. e. ita me fac hilarem, ut curae ac sollicitudines fugiant, vid. Od. XXV. et XXVI. [Anaxandr. ap. Athen. XI. p. 481. F. μέστ' ἀκράτου κυμβία Ἐκάρωσεν ὑμᾶς. F. I.]. – v. 12. βραχύ, i. e. ἐν βραχεῖ χρόνῳ, brevi mortuum humabis, nam praesens est positum pro futuro, quae est natura concitatioris stili. Plenius dicitur χθονί, τάφῳ καλύπτειν, quo substantivo propter μὴ ζῶντα, i. e. θανόντα, poeta supersedere potuit. – v. 13. ἐπιθυμεῖ absolute adhibetur, ut saepius, nullis ducitur cupiditatibus.

XXXVII. (μδ΄).

Εἰς τὸ ἔαρ.

Ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος
Χάριτες ῥόδα βρύουσιν·
ἴδε πῶς κῦμα θαλάσσης
ἁπαλύνεται γαλήνῃ·
ἴδε πῶς νῆσσα κολυμβᾷ·
6 ἴδε πῶς γέρανος ὁδεύει.
ἀφελῶς δ' ἔλαμψε Τιτάν·
νεφελῶν σκιαὶ δονοῦνται·
τὰ βροτῶν δ' ἔλαμψεν ἔργα.

Od. XXXVII. v. 1. Retinui cum Brunck. et Boiss. lectionem Vat., quam Herm. El. metr. p. 484 sq. ita emendare conatur: ἴδε πῶς φανέντος ἦρος. Vid. Od. V. 13. – v. 2. ῥόδον Herm. l. l. sed licet βρύειν apud meliores scriptores aut genit., aut dat. adsciscat, tamen hic nolim mutare, quum usus huius verbi transitivus imprimis apud seriores scriptores obtineat, cf. Mehlh. et Fisch., qui recte cum nostro loco comparat Himer. Ecl. X. 13. πᾶν – λειμῶνες

Od. XXXVII. Egregia et splendida descriptio veris, a Brossio p. 315 – 321. ad praestantissima antiquae poeseos monumenta relata! Mutavit terra vices,

> Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,
> Nunc frondent silvae, nunc formosissimus annus.

Poeta, imis sensibus commotus, metri leges non servat, sed veris varietates mutationesque etiam versuum varietate ac mutatione exprimit. [Videndum, an non hac opinione omnis poeseos ars tollatur. F. I.]. Metr. esse voluit Anacreonteum cum anacrusi disyllaba, ita tamen ut v. 10 et 11. etiam anacr. contracta locum habeat. Per est grata, si qua alias, huius odarii negligentia.

v. 2. Gratiae finguntur rosarum auctores, quia ab iis quidquid est pulchrum et venustum proficisci putatur, vid. Fisch. – v. 3. est Ionicus a maiore, et 4. ditroch. Anacreont., nam syllaba brevis in arsi producitur, vid. ad Od. VIII. 3. 5. ἁπαλύνεται, mollescit, complanatur, de tranquillitate maris. Virg. Ecl. II. 26. vide, quam placidum ventis stet mare, γαλήνῃ, i. e. διὰ γαλήνης, cf. Thiersch. gr. Gr. §. 262, 4. a. – v. 5. iterum Ionicus a maiore, qui etiam v. 14. recurrit, et vers. 6. Parapaeon cum anacrusi disyllaba, cf. Od. V. 5. – ὁδεύει, de migratione gruum, gregatim in calidiora loca e frigidioribus avolantium, vid. Ael. H. A. III. 13. Herodot. II. 22. – v. 7. ἔλαμψε habet vim praesentis, ut v. 9 et 14. Vid. Rost. gr. Gr. §. 116. not. 4 et 5. Sol autem dicitur pure, clare (ἀφελῶς) splendere, quatenus nullis obducitur nubibus, et nubes umbrosae, atrae (νεφελῶν σκιαί) fugantur. Conf. Fischer. – v. 9. βροτῶν ἔργα, mortalium opera, i. e. arva, segetes laetae (Saatfelder): nam ἔργ. ut Lat. opus, proprie de agricultura dicitur, vid. Hom. Il. II. 751.

καρποῖσι γαῖα προκύπτει,
καρπὸς ἐλαίας προκύπτει,
12 *Βρομίου στέφεται τὸ νᾶμα.*
κατὰ φύλλον, κατὰ κλῶνα
καθελὼν ἤνθισε καρπός.

βρύουσι. Orat. I. *ὧραι δὲ λειμῶνας βρύουσι.* – v. 10. Hunc versum, quippe qui a sequente nonnisi literis *ελ* et *γ.*, *ος* et *οις* differat, Mehlh. cum Herm. textu eiecit. Vid. explicat. – v. 12. Mehlh. *στραφὲν τὸ νᾶμα* hoc sensu: redeuntem Bromii succum per folia et palmites concipiens vel cohibens effloruit vitis. Herm. El. metr. p. 485.

καρποῖς γαῖα προκύπτει,
Βρομιοτρεφές τε νᾶμα
κατάφυλλον, κατάκλωνον,
θαλέθων ἤνθισε καρπός.

[Vera fortasse correctio Baxteri *Βρομίου στρέφεται νᾶμα.* Frequens permutatio. Cf. Not. ad Anth. Pal. p. 572. Tum *θαλέθων ἤνθισε κ.* in qua locutione pleonasmus non magis debet offendere, quam ap. Lucret. VI. 53. depressosque premunt ad terram, et in plurimis similibus. F. I.]. – v. 14. Conieci aliquando *καθέλκον*

XII. 283. *ἀνδρῶν πίονα ἔργα.* Hesiod. *Ἔργ.* 549. – v. 10 sq. Transit poeta ab ubertate terrae s. soli ad olivam ac vitem, vitae usui et iucunditati apprime utilem, quippe quum laeti potatores sese etiam unguentis delibuerent. *καρποῖσι γ. προκύπτει,* i. e. *διὰ καρπῶν γ. προκύπτει,* vid. Sophocl. Ai. 526 et Thiersch gr. Gr. mai. §. 262, 4. a., frugibus terra prospectat: nam sermo esse videtur de laeto frumenti culmo, ex quo sese ostendunt soli glebae, quique per *πρόληψιν* dicitur *καρπός,* quo sensu etiam v. 11 et 14. recurrit. Sic fere Meleag. in Anth. Gr. I. 110. p. 32. *γαῖα δὲ κυανέη χλοερὴν ἐστέψατο ποίην.* Cf. Hom. Il. VIII. 306 - 307. Hesiod. *Ἔργ.* 170. Usitatior structura verbi *προκύπτειν* cum genitivo, ut apud Aristoph. Ran. 411 - 412. *χιτωνίου παραῤῥαγέντος τιτθίον προκύψαν,* quem locum Fisch. comparavit. Iam ingenium poetae insolita quadam dicendi audacia defluens ad solitam constructionem transit, nam *ἐλαίας* non a *καρπός,* quod, ut apud Hom. Il. VIII. 306, per *πρόληψιν* de flore videtur dictum, sed a verbo *προκ.* pendet. Sic Virg. Georg. II. 89. non eadem arboribus pendet vindemia (i. e. uva) nostris. Ceterum vers. 10 et 12. est dactylus cum trochaeo, sicuti v. 11. anapaestus cum trochaeo. – v. 12. *Βρομίου τὸ νᾶμα,* quod alias ipsum est vinum, hic proprie de succo, qui redit vitibus, atque adeo pro *ἄμπελος* dicitur, contento pro continente posito, vitis se vestit ac coronat scil. pampinis et racemis, nam *στέφεσθαι* sumendum significatu circumdandi, induendi. cf. Orph. Argon. 54. Similiter uva ponitur pro vitis apud Virg. Georg. II. 60, cf. Io. Henr. Voss. p. 273. – v. 14. Post *καθελὼν* supple *αὐτό,* scil. *τὸ νᾶ-*

XXXVIII. (με).

Εἰς ἑαυτόν.

Ἐγὼ γέρων μέν εἰμι,
νέων πλέον δὲ πίνω,

ἤνθισε κλωνούς, ut sit sensus: vitis coronatur pampinis et palmitibus uvamque ad se floret attrahens. Sed nil impedit, quominus etiam καθελών legatur, ut sit constructio πρὸς τὸ σημαινόμενον, quia poeta ἄμπελον [?] mente comprehendebat. Cf. observationem meam ad Sappho's Oden p. 49 sqq. et explication. ad hanc vers.

Od. XXXVIII. Mehlh. totum hoc carmen cum Lachmanno ita disposuit, ut ex duabus strophis constet. Versus enim 12 et 13 transposuit ita, ut sequantur versum 3 hoc ordine:

κἂν μὲν δέῃ χορεύειν,
Σειληνὸν ἐν μέσοισι
μιμούμενος χορεύσω,
σκῆπτρον ἔχων τὸν ἀσκόν.

Versum 11. Lachm. spurium iudicat, Mehlh. tanquam initium

μα, fructus (uva s. racemi, qui fructum in se continent atque edunt) floret, deprimens vitem in pampinis et palmitibus. Fisch. cum Baxt. verbo καθελών vim medii tribuit, ita ut subaudiatur ἑαυτόν, et sit haerens, pendens. Sed nihil frequentius quam pronominis αὐτός omissio, cf. Hom. Il. XIX. 131. περιστρέψας, sc. αὐτήν. Il. XXI. 384. ἔρυκακε, sc. αὐτούς. Hi tres versus elegantem etiam sensum praebent, si post κλῶνα interpungas, puncto post νᾶμα sublato, et ad καθελών e v. 13. φύλλον et κλῶνα suppleas. Quid? si legas καρποῖς, et καθελών ad νᾶμα trahas, ut sit constructio πρὸς τὸ σημαινόμενον, vitis se vestit pampinis et palmitibus eosque deprimens reddit floridos. Cf. cum hoc carmine Meleagri carm. in Brunck. Anal. I. p. 31. Anth. Pal. IX. 363.

Od. XXXVIII. Hoc carmen, quod Anacreontis esse testatur Scholiastes ad Aristoph. Plut. 320. et Hephaestio Enchir. p. 167. ed. Gaisf., vid. not. crit., servat anacrusin monosyllabam brevem, exceptis vv. 3. 4. 12., qui habent contractam. Duobus versibus primis Anacreonteis primo iunctus est vers. Ionicus a maiore, nam δεήσῃ per synizesin legendum, ut in carm. LVI. γηραλέοι et ἀργαλέη, vid. Herm. El. metr. p. 52. et 485, et Choriambicus dimeter catalecticus; tum sequitur epitritus quartus v. 5 et 7. cum sex Anacreonteis, vv. 6. 8. 9. 11 – 13. Denique v. 10. iterum Choriambicum dimetrum catalecticum adhibuit, atque ita teste Horat. Epod. XIV. non elaboratum ad pedem hanc venustam ac vividam senis vino exhilarati ac saltantis descriptionem composuit.

v. 1 et 2. Quantumvis senex, largius iuvenibus

κἂν δεήσῃ με χορεύειν,
σκῆπτρον ἔχω τὸν ἀσκόν·
ὁ νάρθηξ δ᾽ οὐδέν ἐστιν.
ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι
παρέστω καὶ μαχέσθω.
ἐμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ,
μελιχρὸν οἶνον ἡδὺν
ἐγκεράσας, φόρησον.
ἐγὼ γέρων μέν εἰμι.
Σειληνὸν ἐν μέσοισι
μιμούμενος χορεύσω.

novae strophae retinuit. – v. 3. Lectionem Vat. cum Brunck. et Boiss. retinui; κἂν μὲν δέῃ χορεύειν Herm. El. metr. p. 481, quem sequitur Mehlh. – v. 7. Ita Cod. Vat., Steph., Brunck. Boiss., πάρεστι γάρ, sc. μάχεσθαι, Fisch., Mehlh., quod dedit Hephaestio p. 167 ed. Gaisf. (cf. Schol. ad Aristoph. Plut. 302. Plotin. de metr. p. 1462 ed. Putsch.) hoc sensu: qui vult pugnare pugnet, per me quidem ei facere id licet.

bibo. – v. 4. σκῆπτρον ἔχω τὸν ἀσκόν, utrem gero pro baculo, quem manu gestabant saltantes, conf. Od. VI. 6, nam ἀσκός hic non est praemium vincentis potatoris, sed signum bibere gestientis, vid. Fisch. – v. 5. ὁ νάρθηξ δ᾽ οὐδέν ἐστιν vel dictum pro τί μοι τοῦ νάρθηκος, ut Od. XXXVI. 3., nihil curo ferulam, vel potius πρὸς ἀσκόν subaudiendum, baculus nihil est ad utrem, eum utri postpono. Ferula autem (angl. fennel giant) genus erat ligni paulo levius, usum baculorum veteribus praebens, cf. Io. Henr. Voss. ad Virg. Ecl. X. p. 513. – v. 7. παρέστω καὶ μαχέσθω pro simplici μαχέσθω; sed illud additum ad perficiendam imaginem rixari volentis, cf. Erfurdt. ad Sophocl. Ai. 57. et Lobeck. ad v. 308. Commemorantur rixae inter pocula Od. XLII. 13., in quibus hic alter alterum ferula lacessere voluisse est cogitandus, cf. Mehlh., qui apposite Plut. verba attulit ex Symposs. ὥσπερ ὁ θεὸς τὸν νάρθηκα τοῖς μεθύουσιν ἐνεχείρισε, κουφότατον βέλος καὶ μαλακώτατον ἀμυντήριον, ὅπως, ἐπεὶ μάλιστα παίουσιν, ἥκιστα βλάπτωσιν. Eodem significatu usurpatur pugnare apud Horat. Od. I. 27, 1. – v. 9. μελιχρὸν οἶνον ἡδύν. frequenter sic duo epitheta ornantia, omisso καί, iunguntur. – v. 10. ἐγκεράσας, vid. ad Od. XXXVI. 10. – v. 12. Σειληνὸν – μιμούμενος, Silenum, Bacchi comitem et paedagogum, poculorum chorearumque amatorem. Cf. Heyn. antiquar. Aufs. II. p. 53 sqq. – ἐν μέσοισι, coram omnibus, cf. Hom. Il. XIX. 364. ἐν δὲ μέσοισι κορύσσετο δῖος Ἀχιλλεύς.

XXXIX. (μη′).

Εἰς ἑαυτόν.

Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
τότε μεν ἰανθὲν ἦτορ
Μούσας λιγαίνειν ἄρχεται.
4 * * * * *
ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
ἀπορίπτονται μέριμναι
πολυφρόντιδές τε βουλαὶ
8 ἐς ἁλικτύπους ἀήτας.
ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
λυσιπαίγμων τότε Βάκχος

Od. XXXIX. v. 3. Quum totum hoc carmen strophas habeat septem ex quaternis versibus, Herm. El. metr. p. 480. unum versum vel potius duos excidisse putat, in verbis λιγαίνειν ἄρχεται; Μούσας supplementum librarii agnoscens. Sed Mehlh. haec tria verba reliquias duorum perditorum versuum esse censuit eaque ita disposuit:

* * * * Μούσας
* ἄρχεται λιγαίνειν, quo quidem invento totus locus nihil iuvatur. Si hariolari liceret, scriberem equidem:
γεγανυμένον Λυαίῳ
λίγα Μούσας ἄρχετ' αἰνεῖν, vel simile quid. – v. 10. Recepit Boissonad. λυροπαίγμων, Hermanni emendationem, sed recte Mehlh. λυσιπαίγμων defendisse videtur, quia facile factum esse potest, ut poeta hoc vocabulum non a λύσω, sed a λύσις falso derivans consulto syllabam primam corripuerit, cf.

Od. XXXIX. Hoc odarion, quo vini laudes celebrantur, quodque serioris aetatis esse iam alii viderunt, quod ad metrum attinet, in deterioribus numerandum et omnino ad scolia referendum; alternis decantatum fuisse recte animadvertit Bross., ita tamen, quae mea est opinio, ut non duos (tum enim quattuor ultimi versus forent superflui), sed plures docendis vini laudibus operam dedisse credam. Cf. Degen. et Mehlh. p. 171.

v. 2. ἦτορ ἰανθέν, cor laetans, laetitia quasi exsultans. – v. 3. λιγαίνειν, ita differt a μέλπειν v. 16, ut sit alta et laeta voce canere, laudare. Versus est dimeter iambicus acatalecticus. – v. 6. ἀπορίπτονται μέριμναι, (vers. est, epitritus quartus), abripiuntur, aufugiunt curae et cogitationes anxiae, i. e. sollicitudines, in aequoreos ventos: sollemnis et grata idea, pacem mentis et aequitatem animi egregie significans, cf. Od. LI. 13. Fragm. II. 9. ἐμῶν φρενῶν μὲν αὔραις Φέρειν ἔδωκα λύπας. Cf. Fisch. et interprett. ad Horat. Od. I. 26, 1. tristitiam et metus tradam protervis in mare Creticum portare ventis. – v. 10. λυσιπαίγμων recte dicitur Bacchus, quippe qui, ut Mehlh.

πολυανθέσιν μ' ἐν αὔραις
δονέει, μέθῃ γανώσας·
ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
στεφάνους ἄνθεσι πλέξας,
ἐπιθεὶς δὲ τῷ καρήνῳ,
βιότου μέλπω γαλήνην.
ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
μύρῳ εὐώδεϊ τέγξας
δέμας, ἀγκάλαις δὲ κούρην
κατέχων, Κύπριν ἀείδω.
ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
ὑπὸ κυρτοῖς δὲ κυπέλλοις
τὸν ἐμὸν νόον ἁπλώσας,

Passow. Gr. Lexic. Sic etiam eadem syllaba vocis *λυσιπήμων* in Orph. hymn. II. 11. brevis est, ubi Herm. *λαθιπήμων* posuit. – v. 11. *ἐν ὥραις* Salmas. – v. 16. Bene Both. *βιότου μέλπω γαλήν.*, quod plures mecum receperunt. Valperg. *μέλπω βίου γ.*, quia *βίος* et *βίοτος* centies permutantur, vid. Iacobs. Anthol. Pal. p. 650 sq. – v. 22. *ὑπὸ κυρτοῖσι.* Brunck. et Boissonad. cum editt. cet. Herm. El. metr. p. 485. *ὑποκυρτωθεὶς κυπέλλοις, τὸν ἐμὸν νόον δ' ἁπλώσας.* Sed Mehlh. recte *ὑπὸ κυρτοῖς δέ* defendit, quia, quum *ὅτε πίω* idem valeat, quod *πιών*, his verbis particula *δέ* an-

interpretatur, iocum vinculis solvat, h. e. curis ac sollicitudinibus. vid. Od. XXVII. 2., i. e. laetitiae dator, Virg. Aen. I. 734. – v. 11. *πολυανθέσιν ἐν αὔραις*, in auris odoriferis, quae exsistunt e floribus variis, quibus coronati erant bibentes. – v. 14. *στεφάνους ἄνθεσι πλέξας*, i. e. *ἐξ ἀνθέων πλ.*, qui flores erant v. c. rosae, lilia, hyacinthi, vid. Od. XXXIV. 7. XLII. 5. – v. 16. *βιότου γαλήνη*, metaphorice, vitae tranquillitas, cf. Od. XXIX. 13. Versus est epitritus quartus. De hac voc. *γαλήνη* significatione cum Fisch. laudat Mehlh. Demetr. Cyd. de contemnenda morte c. 22, 5. *θαυμαστὴ δέ τις γαλήνη ταῖς ψυχαῖς ἀντὶ τοῦ πρὶν χειμῶνος ἀντεισαχθήσεται.* [Anth. Pal. IX. 208. *μειδιάει, βιότοιο γαληνιόων ἐπὶ πόντῳ.*]. – v. 18. *μύρῳ εὐώ*-
δεϊ τέγξας, i. q. *μεμυρισμένος* Od. XLI. 22, unguentis fragrantibus nitens, conf. Od. XIII. 10. et IX. 3. – v. 22. *ὑπὸ κυρτοῖς δὲ κυπ.*, vid. not. critic. et Od. VI. 4, ubi *ὑπό* etiam est ad, inter. *κυρτὰ κύπελλα* autem sunt pocula cava, i. e. ampla, profunda, ut *ποτήριον κοῖλον.* Od. XVII. 5. [*κυρτὰ κύπ.* malim accipere pro *κυρτώσαντα*, cui opponitur *ἁπλοῦν.* Philipp. Anal. II. 229. 64. de platano vino irrigata: *πιοῦσα Λυαῖον Ἄλλων κλινομένων (κυρτωθέντων) ὀρθοτέρη βλέπομαι.* F. I.]. Vers. est Ionicus a maiore. – v. 23. *νόον ἁπλώσας*, metaphorice, laxans, diffundens animum, i. e. dans hilaritati, nam tristis animus est quasi constrictus; cf. Mehlh., qui bene comparavit Antipatr. Sid. epigr. Anal. II. 25. Anth.

θιάσῳ τέρπομαι κούρων.
ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
τόδ' ἐμοὶ μόνῳ τὸ κέρδος,
τόδ' ἐγὼ λαβὼν ἀποίσω·
τὸ θανεῖν γὰρ μετὰ πάντων.

XL. (λγ'.)

Εἰς Ἔρωτα.

Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισι
κοιμωμένην μέλιτταν
οὐκ εἶδεν, ἀλλ' ἐτρώθη
τὸν δάκτυλον. παταχθεὶς
τᾶς χειρὸς ὠλόλυξε·

necti potest, vid. explicat. – v. 24. Pauw. τέρπομ' ἑταίρων coniecit, quod Herm. l. l. arridet. – v. 25 et 27. Vulgo μόνον et μετὰ πάντα, vid. explicat.

Od. XL. v. 4. τὸν δάκτυλον παταχθεὶς τᾶς χειρὸς, ὠλ. Boissonad., post ἐτρώθη interpungens. Mehlh. contra παταχθεὶς τὰς χεῖρας, puncto post δάκτυλον posito. παταχθεὶς τᾶς χειρός ego iam in priore Anacreont. edit., nam Cod. Vat. τᾶς χειρός offert. Vulgo ex Brunckii coniectura πατάξας τὰς χεῖρας, manus complodens. Vid. explicat.

Pal. VII. 23. de ipso Anacreonte:
ὦ τὸ φίλον στέρξας, φίλε, βάρβιτον, ὦ σὺν ἀοιδᾷ
πάντα διαπλώσας καὶ σὺν ἔρωτι βίον.
[Verum in his διαπλώσας est pro διαπλεύσας, διανηξάμενος. Vid. Anim. ad Anth. T. I. 2. p. 74 sq. F. I.]. Versus est choriambicus, sicut is, qui sequitur, epitritus tertius, cf. Herm. El. metr. p. 485. – v. 24. θίασος κούρων hic est coetus sodalium, i. q. pueri sodales, cf. Fisch. – v. 27. λαβών, non redundat, sed imagini perficiendae inservit. – v. 28. μετὰ πάντων, oppositum verbis ἐμοὶ μόνῳ v. 26., mihi soli hoc lucri est, mors vero cum omnibus communis, cf. Mehlh.

Od. XL. Sensus huius odarii: voluptas Amoris doloribus iuncta. Eandem sententiam Siculus pastor minus suaviter videtur extulisse, vid. Theocrit. Id. XIX., quod inscribitur Ἔρως κηριοκλέπτης. Cf. Finkenst. Arethus. II. ed. p. 209. et Bross. p. 330 – 338.

v. 3. ἀλλ' ἐτρώθη τὸν δάκτυλ., i. q. sed sensit eius aculeum, pro quo poeta cum naturali quadam simplicitate et quasi infantia dicit: sed in digito est vulneratus, cf. Rost. gr. Gr. §. 104. 7. Matth. gr. Gr. §. 423. παταχθεὶς τᾶς χειρός, percussus in manu; nam per genitivum motus aculei ad manum, quae puncta erat, indicatur, cf. Thiersch. gr. Gr. mai. §. 255. Comparat Iacobs. Hom. Il. IV. 100. ἀλλ' ἄγ' ὀΐστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο, et XXIII. 854. ἧς (πελείας) ἄρ' ἀνώγει τοξεύειν. Grata est imago Cupi-

δραμὼν δὲ καὶ πετασθεὶς
πρὸς τὴν καλὴν Κυθήρην,
ὄλωλα, μᾶτερ, εἶπεν,
ὄλωλα κἀποθνήσκω.
ὄφις μ' ἔτυψε μικρός,
πτερωτός, ὃν καλοῦσιν
μέλιτταν οἱ γεωργοί.
ἡ δ' εἶπεν· εἰ τὸ κέντρον
πονεῖ τὸ τᾶς μελίττας,
πόσον δοκεῖς πονοῦσιν,
Ἔρως, ὅσους σὺ βάλλεις;

XLI. (λϛ').

Εἰς συμπόσιον.

Ἱλαροὶ πίωμεν οἶνον,
2 ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον
τὸν ἐφευρετᾶν χορείας,
τὸν ὅλας ποθεῦντα μολπάς,

Od. XLI. v. 1. Palat. scripturam λιαρόν probavit Salm., recepit Boissonad., sed paenultimi versus comparatio dubitari non sinit,

dinis inter roseta oberrantis. cf. Od. LI. — v. 6. πεταςθείς, volans, nam habet vim medii, quae participii forma seriorum fere est propria, vid. Matth. gr. Gr. mai. p. 482. ed. II. et Lobeck. ad Phrynich. p. 581 sq. — v. 14. πονεῖ, i. q. λυπεῖ, active, quae significatio paulo est rarior.

Od. XLI. Hoc carmen, quo laudes vini celebrantur, serioris aetatis esse usus Doricae dialecti, ac metri et prosodiae antiquioris ignorantia potest evincere. Vid. Mehlh. p. 146, eiusdemque Prol. §. 9 et 11. Recte monuit idem Mehlh. p. 144: primos et ultimos binos versus ab omnibus, medias autem strophas a singulis decantatas fuisse.

v. 1 — 2. πίωμεν — ἀναμέλψομεν, usu loquendi Homerico, cf. Buttm. gr. Gr. mai. §. 126. not. 8. Thiersch. gr. Gr. §. 294. not. 6. — v. 3. ἐφευρετὰν χορ., Dorice, inventorem chorearum, quia vinum ad saltandum invitat. Od. XXVII. 3 — 5. XXXIX. 9. 11. Cf. Fisch. Hinc proverbium, quod vinum dicit πείθειν χορεύειν οὐκ ἐθέλοντας, vid. Iacobs. Anth. Gr. I. 1. p. 314. χορείας positum pro τῆς χορ., qua articuli omissione nihil frequentius in hisce carminibus, cf. Od. XXXI. 11 et 12. XXVIII. 6. cf. Mehlh. — ὅλας ποθ. μολπάς, qui desiderat carmina integra, i. e. omnibus partibus absoluta, h. e. iis delectatur, vid. Od. XLII. 1 — 2. Sic ὅλη πρέπει Od. XXVIII. 10.

τὸν ὁμότροπον Ἔρωτι,
τὸν ἐρώμενον Κυθήρης·
δι' ὃν ἡ Μέθη λοχεύθη,
δι' ὃν ἡ Χάρις ἐτέχθη,
δι' ὃν ἀμπαύεται Λύπα,
δι' ὃν εὐνάζετ' Ἀνία.
τὸ μὲν οὖν πόμα κερασθὲν
ἁπαλοὶ φέρουσι παῖδες·
τὸ δ' ἄχος πέφευγε μιχθὲν

quin hoc etiam loco ἱλαροί scribendum sit. – v. 5. Scripsi in priore Anacr. ed. ὁμοτροποῦντ' Ἔρωτι; sed ultimam voc. ὁμότροπον syllabam poeta per arsin voluit produci, ut v. 8., ubi tamen facillima coniectura legi possit ἐντέχθη, quo loquendi usu nihil est frequentius, vid. Hom. Il. IV. 41. Od. XXII. 348. Pind. Ol. XI. 20. Xenoph. Mem. II. 3, 4. 6, 34. Plat. Phaed. p. 30. b. Ep. VII. p. 134. ed. Bip., sed facile auctori sua possunt relinqui, cf. Mehlh. – v. 9. ἀμπαύσατο λύπα. Herm. El. metr. p. 486. Vers. potest esse vel epitritus tertius, vel Ionicus a maiore, syllaba ται ante consonantem poetarum seriorum more correpta, cf. Mehlh. – v. 11. Recepi cum Boissonad. πόμα, quod seriorum est, nam manus

ὅλος δίφρος Pind. Pyth. V. 66. ὀφθαλμὸς ἑσπέρας ὅλος, plena luna, volltönende Rundgesänge. Mehlh. »intelligebat poeta fortasse cantus legitime vel ad saltationem vel ad potationem compositos, qui partim a singulis, partim a pluribus simul decantabantur.« [ὅλος h. l. videtur usurpatum, ut ap. seriores, Eumathium v. c. sexcentis in locis, ubi abundantem quandam copiam significat. F. I.]. – v. 5. Bacchus dicitur iisdem moribus, quibus Cupido, praeditus, quia deus uterque impellit ad amoris usum, eiusdemque fere erat sodalitii, vid. ad Od. VI. 12 – 14. Idem cadit in Venerem, quae, ut Bacchus ὁ ἐρώμενος (amasius), ita ἡ ἐράστρια intelligi debere videtur, cf. Fisch. – v. 7. λοχεύθη, i. q. ἐγεννήθη, augmento omisso, usitatum imprimis recentioribus verbum, vid. Herm. ad Orph. p. 811 sq. Sensus: vinum est temulentiae et hilaritatis auctor, nam aoristi vim habent praesentium, Rost. gr. Gr. §. 116, not. 4. Buttm. gr. Gr. mai. §. 124. 6, 6 sqq. – v. 8. Χάρις quum sit oppositum voc. λύπα, hic idem est, ac χαρά, laetitia. Cf. Eurip. Hel. 661. ac Seidl. ad Eurip. Tro. 1114. et de vv. dochm. p. 205. – v. 9 – 10. ἀμπαύεται, εὐνάζεται. vid. Od. XXV. 2. et XXVI. 2. »Λύπη est vocabulum generis, aegritudo, sed ἀνία est nomen formae, molestia, aegritudo permanens. vid. Laert. VII. 111 sq. coll. Cic. Tusc. III. 25. IV. 8.« Fisch. – v. 11. πόμα κερασθέν, i. q. πόμα Λυαῖον Od. XXXVI. 6., vinum aqua temperatum, mixtum, vid. ad Od. XXXVI. 10. XXXVIII. 10. – v. 13 sq. τὸ δ' ἄχος. »Significatur eo proprie, ut nomine ἄχθος, angor, aegritudo premens, λύπη βαρύνουσα. vid. Laert. VII. 112. coll. Cic. Tusc. IV. 8.« Fisch. πέφευγε, statim aufugit, vid. Rost. gr. Gr. §. 115,

14 ἀνεμοτρόπῳ θυέλλῃ.
τὸ μὲν οὖν πόμα λάβωμεν,
τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν.
τί γάρ ἐστι σοὶ τὸ κέρδος
18 ὀδυνωμένῳ μερίμναις;
πόθεν οἴδαμεν τὸ μέλλον;
ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος.
μεθύων θέλω χορεύειν,
22 μεμυρισμένος δὲ παίζειν
* * *
* *
μετὰ καὶ καλῶν γυναικῶν.
μελέτω δὲ τοῖς θέλουσιν
26 ὅσον ἐστὶν ἐν μερίμναις.

librarii emendatrix voci πῶμα simplex ο supra scripsit, cf. v. 15. ubi Cod. P. πόμα offert. Vid. ad v. 5. – v. 14. ἀνεμοτρόπῳ Cod. Vat., quod receperunt Boissonad. et Mehlh. Sed quum in Cod. P. literae π. suprascripta sit lit. φ, rectius forsitan cum Salmas. ἀνεμοτρόφῳ praetulit Brunck. et post eum plurimi. Barnes. ἀνεμοστρόφῳ e Fabri coniectura. Vid. explication. et quae monuit Mehlh. – v. 16. Eleganter Herm. El. metr. p. 485. τὰ δὲ φροντίδος μεθῶμεν, quod recepit Mehlh., nec tamen lectionem Vat. mutare ausim, quam etiam retinuit Boissonad. Coniecit Both. φροντίδας δὲ μεθῶμεν. – v. 17. τό om. Vat. Steph. inseruit Anna Fabri. – v. 23. Hic versum deesse stropharum ratio arguit, cf. Mehlh. Apte ad rem Barnes. μετὰ τῶν καλῶν ἐφήβων.

2. not. et §. 116, 7. not. 1. mixtum maris turbini rapido, versabundo, ut canit Lucret. VI. 437. Vid. ad Od. XXXIX. 5 – 7. Est enim ἀνεμότροπος θύελλα idem fere, quod ἀνεμόστροφος θ., procella vento agitata, praeceps, rapida, et ἀνεμότροφος θ. procella vento nutrita, tumida, quae dictio paullo sublimior mihi videtur huic etiam poetae quamvis tenui vindicanda, quippe qui Homericae dictionis valde sit studiosus, et Hom. Il. XV. 625. κῦμα ἀνεμοτρεφές, i. e. ὑπ' ἀνέμου ηὐξημένον, respexisse videri possit. Cf. Fisch. et Mehlh. – v. 15. Eleganter sententiam: laeti bibamus, ita effert, ut quasi: curas vino mutemus, dicat, atque ita hos duos versus sibi opponat. Cf. Od. XXIV. 5. – v. 18. ὀδυνωμένῳ μερίμναις, quis tibi curis excruciato fructus? cur angi curis pateris? – v. 19. Cf. Od. XV. 10. τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν; – v. 20. ὁ βίος, i. q. τὸ βίου τέλος, mortales nesciunt, quando sint morituri. – v. 21. Vid. Od. VI. 3. XLVIII. 5. – v. 22. Vid. Od. XI. 10. XIII. 10. XIV. 8. XXXIX. 17 sq. XXXVI. 7 sq. Cf. Od. XLII. 7. μετὰ παρθένων ἀθύρειν. – v. 23. Fisch. versum excidisse negans καί explicat etiam, adeo. – v. 25 sq. τοῖς θέλουσιν, scil. μέλειν, ἐπιμελεῖσθαι,

ἱλαροὶ πίωμεν οἶνον,
ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον.

XLII. (μ').
Εἰς ἑαυτόν.

Ποθέω μὲν Διονύσου
φιλοπαίγμονος χορείας·
φιλέω δ', ὅταν ἐφήβου
μετὰ συμπότου λυρίζω.
στεφανίσκους δ' ὑακίνθων
κροτάφοισιν ἀμφιπλέξας
μετὰ παρθένων ἀθύρειν
φιλέω μάλιστα πάντων.
φθόνον οὐκ οἶδ' ἐμὸν ἦτορ,
φθόνον οὐκ οἶδα δαϊκτόν.

Od. XLII. v. 10. *φθ. οὐκ οἶδα δαϊκτόν.* Cod. Vat. et Steph., quem totum versiculum textu eiecit Mehlh., *δαϊκτόν* active usurpari negans, quia, eo expulso, quattuor elegantissimae exsistant strophae, quarum primus quisque versus purus sit Ionicus dimeter, vid. eiusd. Exc. p. 239 sqq. Sed utut res hic sese habeat, (nam exempla a Mehlh. ipso allata, licet sint vocabula composita, vid. Aesch. Pers. 105. *πυργοδαΐκτους πολέμους.* Choeph. 857. *ἀνδροδαΐκτων κοπάνων, ἀδάϊκτον, καθαρόν,* Hesych., a laceratione abstinens, activam tamen huic vocabulo significationem quodammodo vindicare videntur) a me impetrare non possum, ut speciosae huic coniecturae assentiar, vel *δαΐκτην* cum Brunckio legam, vel Boissonadio *δαϊκτόν* legenti adstipuler. Nam haud dubie legendum *φθ. οὐκ οἶδ' ἀδάϊκτον*, i. e. cor meum haud novit invidiam invincibilem, i. e. quae superari, frangi non po-

relinquatur iis, qui volent, curare, quantum sit in curis, i. e. quid lucri ferant curae.

Od. XLII. Iuvat bibere, saltare vitamque procul ab invidia lactam et tranquillam agere.

v. 1 sq. *ποθέω μ. Δ. φιλοπαίγμονος χ.*, iuvant me Bacchi ioci amantis choreae, iis delector. Bacchus *φιλοπαίγμων, λυσιπαίγμων*, vid. Od. XXXIX. 9, quia hilaritatis et chorearum auctor habetur, vid. ad Od. XLI. 3. – v. 3 sq. *φιλέω, ὅταν – λυρίζω*, absolute dictum pro *φιλέω λυρίζειν*, vid. v. 8.– *ἔφηβος συμπότης* est compotor adolescens, qui iam ex pueris excessit, quod fere fieri solebat anno duodevicesimo. – v. 10. *δαϊκτόν* est h. l. idem, quod *δαΐκτην*, si locus sanus.

φιλολοιδόροιο γλώττης
φεύγω βέλεμνα κωφά.
στυγέω μάχας παροίνους
πολυκώμους κατὰ δαῖτας.
νεοθηλέσιν ἅμα κούραις
ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων,
βίον ἥσυχον φέρωμεν.

test, ita ut omnino natura et vis invidiae significetur. Cf. Herm. ad Orph. Argon. 979: ὀλοὸν τέρας, οὔτι δαϊκτόν, i. q. ἄμαχον. Ceterum videndus Herm. El. metr. p. 486, qui cum Barn. et Both. v. 3. φιλέω δ', εὖτ' ἂν ἐφ. legendum censuit. Sed vid. Od. XLI. 5 et 8. 11 et 15. L. 15. – v. 11. Cod. V. φιλολοιδόροισι – κοῦφα, i. e. tela maledicis irrita pro tela maledicorum irrita, sed elegantior ob suavem metaphoram est Valcken. emendatio, quam recepimus. – v. 15. Lectionem Vat. praeferendam duxi. Boiss. νεοθηλέσ'. Fab. νεοθηλέσσ'. Utrumque recte reprehendit Mehlh.

vid. not. critic. – v. 11 sq. φιλολοιδόροιο γλώττης cet., odi et aversor maledicae linguae tela obtusa, i. e. invalida, nam φεύγειν metaphorice elatum est idem, quod στυγεῖν v. 13. et κωφά itidem sensu metaphorico dicuntur βέλεμνα, quia non laedunt et vulnerant, vid. Hom. Il. XI. 390. βέλος κωφόν, cui opponitur v. 269 et 392. ὀξὺ βέλος. Cf. not. crit. Similiter Ach. Tat. VIII. 1. τραύματα ῥημάτων. Cf. Theogn. 471. ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκ ἔτ' ἐκεῖνος τῆς αὐτοῦ γλώσσης καρτερὸς οὔτε νόου. – v. 13. μάχαι πάροινοι, rixae inter pocula enata, vid. Od. XXXVIII. 6 sq. LV. 8 sqq. Horat. Od. I. 18, 7 – 11. et XXVII. 4. Hinc statim sequitur πολυκώμους κατὰ δαῖτας, inter convivia lauta (Festschmäuse), in quibus compotores multo vino inebriati choreas ducunt, vid. Od. XLI. 3. – v. 15. Hic versus est parapaeon cum anacrusi disyllaba. νεοθηλεῖς κοῦραι, i. e. νεωστὶ βλαστήσασαι, Hesych., puellae efflorescentes, i. e. adolescentulae, metaphora a plantis et floribus ducta. – v. 16 sq. ὑπὸ βαρβίτῳ, conf. Od. VI. 4. – χορεύων – φέρωμεν. transit poeta a singulari ad pluralem, licet de semet ipso loquatur. cf. Hom. Il. IX. 652 et 653. Od. IX. 462 sq. Soph. Ai. 402 sqq. ἀλλά μ' ἁ θεὸς ὀλέθριον αἰκίζει. – – – εἰ – – – μωραῖς δ' ἄγραις προςκείμεθα. cf. Mehlh. – ἥσυχον βίον φέρειν potest dictum esse vel pro ἡσ. β. φέρεσθαι, nobis vitam tranquillam paremus, efficiamus, ut dicitur ἄλγος, κλέος, πῆμα cet. φέρειν τινί, vel potius pro ἄγειν, διάγειν, ita ut verbum simplex positum sit pro composito διαφέρειν, transigere.

XLIII. (λβ').

Εἰς τέττιγα.

Μακαρίζομέν σε, τέττιξ,
ὅτε δενδρέων ἐπ' ἄκρων,
ὀλίγην δρόσον πεπωκώς,
βασιλεὺς ὅπως ἀείδεις.
σὰ γάρ ἐστι κεῖνα πάντα,
ὁπόσα βλέπεις ἐν ἀγροῖς,
χὠπόσα φέρουσιν Ὧραι.
σὺ δὲ φίλιος γεωργῶν,
ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων·
σὺ δὲ τίμιος βροτοῖσι,
θέρεος γλυκὺς προφήτης.

Od. XLIII. v. 5. *καινά* Cod. Vat., quod tuetur Levesq., recepit Boissonad. Sed patet error librarii. – v. 6. *κοπόσα* Cod. Vat., *ωραι* (suprascr. *υλαι*) idem; unde Steph. *χ' ὁπόσα φέρουσιν ὧραι*, quod recepit cum Fisch. Mehlh. Sed forsan praeferenda lectio Cod. suprascripta, quia *ὕλαι ἀγροῖς* opponuntur, quod antitheton haud insuavem ideam parit. Herm. El. metr. p. 484. *χὠπόσα φ. ὕλαι*. Cf. Mehlh. ad Od. XXXI. 5. – v. 8. Sic Brunck. et Boissonad. Recepit Mehlh. Herm. coniecturam *σὺ δὲ φίλιος εἶ γ.*, ita ut prima arsis soluta sit, vid. eius El. metr. p. 483. Faber coniecit *σὺ δὲ φίλος εἶ γεωργοῖς*. Cf. quae Mehlh. ad hunc locum

Od. XLIII. Carmen dulcissimum et elegantissimum, ad quod componendum fabula de cicada, ab ipsis Musis adamari credita, invitabat poetam, quum eius cantum audiret soleque sub ardenti resonarent arbusta cicadis. Iam apud Hom. Il. III. 151. cicadarum cantus a suavitate laudatur. Veteres cicadas caveis inclusas adservabant in cubiculis, qui mos etiam nunc in Hispania locum obtinet, cf. Fr. Iacobs. ad Theocrit. Id. I. 52. v. 2 sq. *ὅτε — — — βασιλεὺς ὅπως ἀείδεις*, quando quidem in summis arboribus pauco rore pasta et quasi inebriata, cf. Cerd. ad Virg. Ecl. V. 77. et Iacobs. ad Anth. Gr. I. 1. p. 121., ut regina canis, quae ex alta sua sede agros circumiacentes et dona verni temporis atque aestatis, quasi essent omnia suae potestati subiecta, despicit et contemplatur, nam *βασιλ. ὅπως*, vid. Od. XIV. 9., ad v. 2. sedem cicadae et ad v. 5 – 7. est referendum. – v. 7. Hic versus habet primam arsin solutam cum anacrusi contracta, –|ύ◡◡|–́◡|––. *χὠπόσα* est i. q. *καὶ ὁπόσα*, vid. Rost. gr. Gr. §. 22. 1. Buttm. gr. Gr. max. §. 29. p. 122. – v. 8. est Hegemoscolius, vid. not. crit. – v. 9. *ἀπὸ μηδενός* dictum est pro *μηδενί*, *διὰ μηδενός*, nam praepositio *ἀπό* genitivo iuncta nonnunquam ponitur pro dativo instrumenti, cf. Matth. gr. Gr. §. 401. not. 2. – v. 11. *θέρεος γλ. προφήτης* dicitur cicada et ob cantus suavitatem, et quia aestas, cuius habebatur praenuntia, hominibus est

φιλέουσι μέν σε Μοῦσαι,
φιλέει δὲ Φοῖβος αὐτός,
λιγυρὴν δ' ἔδωκεν οἴμην.
τὸ δὲ γῆρας οὔ σε τείρει.
σοφέ, γηγενής, φίλυμνε,
ἀπαθής, ἀναιμόσαρκε,
σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος.

XLIV. (κη').

Ὄναρ.

Ἐδόκουν ὄναρ τροχάζειν,
πτέρυγας φέρων ἐπ' ὤμων·

monuit. – v. 16. φίλυπνε Cod. Vat., quod frigidum librarii mendum recepit Boissonadius.

voluptati, vid. Hes. Scut. Herc. 392. ἠχέτα τέττιξ – θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδειν ἄρχεται. – v. 12 – 13. Cicadae ob suavem cantum Musis et Apollini sacrae putabantur, qui iis, ut Musae apud Plat. Phaedr. p. 259. (ubi Heindorf.), facultatem dulce canendi dicitur tribuisse, vid. Fisch. – v. 15. γῆρας οὔ σε τείρει, senectus te non conficit, quia cicadae tunicas quotannis deponere credebantur, Lucret. IV. 65. Vid. Od. VII. 6. Hom. Il. IV. 315. Raml. putat hoc ita dictum fuisse, ut ratio habeatur Tithoni in cicadam, quo senectutem ipsi adimat, conversi. – v. 16. σοφέ, ob cantus praestantiam; nam κατ' ἐξοχὴν artis musicae periti dicuntur σοφοί; φίλυμνε, quoniam cicada semper fere canit aestate; γηγενής – ἀπαθής, quia in agris et e terra nascitur malorumque, i. e. morborum ac senectutis expers habetur, cf. Fisch. Ceterum hi nominativi pro vocativis sunt habendi, vid. Matth. gr. Gr. mai. §. 312. – v. 17. ἀναιμόσαρκε, quia cicada tanquam insectum rubrum sanguinem non habet, sed deorum similis est, qui apud Hom. Il. V. 342. ἀναίμονες appellantur, et malorum ac senectutis immunes sunt, cf. Fisch. Poeta paullo altius assurgens hic cumulavit epitheta, ita ut ad hymnorum, praecipue Orphicorum, similitudinem accedere videatur, cf. Mehlh. proll. p. 35. – v. 18. σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμ., qua dictione summa felicitas indicatur, vid. Ilgen. ad hymn. Homeric. p. 239. et Herm. ad Eurip. Hecub. p. 113.

Od. XLIV. Hoc carmen »elegantissimum et amabile, si quod aliud« dictum a Fabro, recte, ut videtur, Degen. ita explicat, ut sensus sit huius allegoriae: lentus quidam amor me tandem comprehensum superabit. [Quanto studio Amorem fugias, te tamen assequetur. F. I.]. Fortassis poeta illud tradidit amicae, cuius gratiam favoremque expeteret.

v. 1. ἐδόκουν, conf. Od. VIII. 4. ὄναρ, per quietem, in somniis, est accusativ. absolutus, i. q. κατ' ὄναρ, quod saepius occurrit, vid. Schneid. Gr. Lexic., Rost. gr. Gr. §. 104. 7. Matth. gr. Gr. §. 423. – τροχάζειν, vid. Od. VII. 3. – v. 2. πτέρυγας φέρ. ἐπ' ὤμων, h. e.

ὁ δ' Ἔρως ἔχων μόλιβδον
περὶ τοῖς καλοῖς ποδίσκοις
ἐδίωκε καὶ κίχανεν.
τί θέλει δ' ὄναρ τόδ' εἶναι;
δοκέω δ' ἔγωγε πολλοῖς
ἐν Ἔρωσί με πλακέντα
διολισθάνειν ἐν ἄλλοις,
ἑνὶ τῷδε συνδεθῆναι.

XLV. (κζ').

Εἰς τὰ τοῦ Ἔρωτος βέλη.

Ὁ ἀνὴρ ὁ τῆς Κυθήρης
παρὰ Λημνίαις καμίνοις

Od. XLIV. v. 3. *μόλιβδον* Cod. Vat., quam lectionem cum Boissonad. et Mehlh. recepi. Steph. *μόλυβδον*, quae forma est maxime usitata, cf. Mehlh. – v. 6. *τί θέλει τόδ' ὄναρ εἶναι* Cod. Vat., vid. ad Od. XLII. 3. Brunck. *τί δ' ὄναρ θέλει τόδ' εἶναι*, quod perplacet, si quid mutandum. Boissonad. cum Steph. *τί θέλει ὄναρ τόδ' εἶναι*, sed rectius forsan cum Zeun. ac Mehlh. *τί θ. δ' ὄν. τόδ' εἶναι* scribendum, cf. Mehlh. p. 114. – v. 9. *μὲν ἄλλοις* Cod. Vat. et Steph., quod, quia dativo non solet iungi hoc verbum, vid. Aristoph. Nubb. 433., ab editt. in *ἐν ἄλλοις* mutatum est, et Fisch. *ἄλλους* legendum censuit, receptum a Mehlh. – v. 10. *ἑνί τω δέ.* Pauw., quod praetulit Mehlh. Vulgo *ἑνὶ τῷδε*. Vid. explicat.

alatus, aliger, ut Od. III. 17, ubi dicitur Amor *φέρειν πτέρυγας*. – v. 3. *ἔχων μόλιβδον* idem fere, quod est Od. VII. 2. *χαλεπῶς βαδίζων*, sed illud significantius. – v. 5. *κίχανεν*, *κατέλαβεν*, Schol. min. ad Hom. Il. H. 18. Epicorum more augmentum omissum, mediaque syllaba producta, vid. ad Od. VIII. 12, nam Attici hanc mensuram adhibent –υ–. – v. 6. *τί θέλει δ' ὄναρ τόδ' εἶναι*, ut fere Ovid. Met. IX. 473. tacitae quid vult sibi noctis imago? nam *θέλ. εἶναι* idem est, quod *βούλεται εἶναι*, vel simpliciter *βούλεται* apud Atticos, h. e. *μηνύει*, *σημαίνει*, cf. Fisch. – v. 8. *δοκέω – μὲ πλακέντα* pro *δοκέω πλακείς*, neglecta attractione, cf. Rost. gr. Gr. §. 127. not. 2. – v. 9. *διολισθάνειν*, vid. Buttm. gr. Gr. max. II. p. 197., absolute dictum, si lectio *ἐν ἄλλοις* sana, quae significat inter multos, tum *διολ. ἐν ἄλ.* dictum foret pro *διολισθάνειν ἄλλους*, ut apud Hom. Il. XIII. 689. Od. XIX. 110. *ἄρχειν*, *ἀνάσσειν ἐν πολλοῖς* pro *ἄρχ.*, *ἀνάσσ. πολλῶν*. Elegantissima est idea poetae alati et Amoris plumbeis pedibus eum persequentis tandemque prehensum unius amore vincientis!

Od. XLV. Allegoria tersissima omnibusque fere numeris absoluta, quam forsan peperit fabula apud Hom. Od. VIII. 266 sqq., dulce amoris initium, sed finem acerbum esse docens.

v. 1. *ὁ ἀνὴρ ὁ τῆς Κ.*, i. e. Vulcanus, cuius una officina di-

τὰ βέλη τὰ τῶν Ἐρώτων
ἐποίει, λαβὼν σίδηρον.
ἀκίδας δ' ἔβαπτε Κύπρις,
μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα·
ὁ δ' Ἔρως χολὴν ἔμισγεν.
ὁ δ' Ἄρης ποτ', ἐξ ἀΰτῆς
στιβαρὸν δόρυ κραδαίνων,
βέλος ἠΰτέλιζ' Ἔρωτος·
ὁ δ' Ἔρως, τόδ' ἐστίν, εἶπεν,
βαρύ· πειράσας νοήσεις.
ἔλαβεν βέλεμνον Ἄρης,

Od. XLV. v. 6. *μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα.* **Haud immerito Fabro suspecta fuit huius versiculi scriptura, *μέλι λάρινον* coniicienti, nam licet versus mensura possit defendi, tamen articuli positio mirum in modum offendit. Itaque summus Herm. El. metr. p. 483. *μέλιτι γλυκεῖ βαλοῦσα*, cf. Matth. ad Hom. Hymn. in Cer. v. 50., scribendum esse censuit, quae etiam Brunckii videtur fuisse sententia. Sed quum *λαβών* v. 4. et *λαβοῦσα* v. 6. non ineleganter, quod iam vidit Mehlh., sibi respondere videantur, forsitan *μέλιτος γλύκος* poetice pro *γλεῦκος* est legendum, nam *μέλιτος γλυκύ* pro *μέλι γλυκύ* haud dubie h. l. non recte suspicatus fueris, vid. Matth. gr. Gr. §. 442. Popp. de elocut. Thucyd. p. 102. – v. 10. *ηὐτέλιζε* Cod. Vat. *εὐτέλιζε* Boissonad., sed vid. Popp. de elocut. Thucyd. p. 227., Lobeck. ad Phrynich. p. 140. ac Mehlh. p. 110. *εὐτελίζειν* et *ἐξευτελίζειν* antiquis scriptoribus non usitatum fuisse observat Stephanus.**

citur fuisse in Lemno, maris Aegaei insula, ob montes ardentes etiam Vulcania dicta. – v. 4. *ἐπ. λαβὼν σίδ.*, i. e. fabricabatur ferro, sed *λαβών* hic actioni expingendae inservit, vid. Erf. ad Sophocl. Ai. 57. p. 492. Buttm. gr. Gr. mai. §. 137. extr. Sic statim v. 6. cuspides melle dulci imbuebat, scil. ut eas obduraret, nam ferrum aqua imbuitur, ut obdurescat. Cupido autem easdem etiam felle conspergit, ut dulce initium amoris acerbitatem sequi indicetur. Hinc apud Theocr. Id. XXIII. 5. sagittae Amoris dicuntur *πικρὰ βέλη*. Cf. Mus. Her. et Leand. 66. *γλυκύπικρον κέντρον ἐρώτων.* [Melli a Venere adhibito amor fel admiscet. Cogitandum ad usum populorum quorundam sagittas veneno imbuendi. F. I.]. – v. 8. *ἐξ ἀΰτῆς*, ex pugna (praepositio actionem vel conditionem proxime antecedentem exprimit, vid. ad Od. XXVIII. 10.) *κραδαίνων*, »contracta forma loquendi, e pugna reversus – vibrans, quatiens«. Fisch. – v. 10. *ἠΰτέλιζ'*, tribus syllabis efferendum, - ∪ –. Est autem *εὐτελίζειν*, vili pendere, quasi grave vulnus non faciat; vid. Od. III. 32. – v. 12. *νοήσεις*, videbis, senties, h. e. *καρδίην πονήσεις*. – v. 13. *ἔλαβεν βέλ. Ἄρης*, hic non est ferire se telo a Cupidine et vulnerari sivit, nam Cupido iaculum non contorsit in Martem, sed manu tantum capiendum ei

ὑπεμειδίασε Κύπρις.
ὁ δ' Ἄρης ἀναστενάξας,
βαρύ, φησίν· ἆρον αὐτό.
ὁ δ' Ἔρως, ἔχ' αὐτό, φησίν.

XLVI. (κζ'.)

Εἰς Ἔρωτα.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι·
χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι·
χαλεπώτερον δὲ πάντων
ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα.
γένος οὐδὲν εἰς Ἔρωτα·
σοφίη, τρόπος πατεῖται·
μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.
ἀπόλοιτο πρῶτος αὐτὸς
ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας.
διὰ τοῦτον οὐκ ἀδελφός,
διὰ τοῦτον οὐ τοκῆες·
πόλεμοι, φόνοι δι' αὐτόν.

tradidit. Quod ille quum tetigisset, statim in eius pectus sese insinuavit [vis amoris] deus amoris, dirusque bellator igneo quasi amoris dolore ita est correptus, ut alta suspiria ducens ipse rogaret Cupidinem, vellet extrahere telum in pectore reconditum.

Od. XLVI. Hoc carmen in deterioribus numerandum ingenioque Anacreontico prorsus indignum. Orationis color a dictione pedestri nihil differt. Misellus poeta invehitur in pecuniae amatores, qua destituti amantes nihil valeant in amore. Cf. Doering. ad Horat. Od. I. 12.

v. 3–4. *χαλεπώτερον δὲ πάντων*, omnium gravissimum, acerbissimum est, nam comparativus cum genitivo *πάντων* iunctus necessario habet vim superlativi, qui loquendi usus imprimis serioribus scriptoribus proprius. – *ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα*, metaphorice, repulsam ferre, invenustum esse, nam proprie est a scopo aberrare, metam non ferire. – v. 5. *εἰς Ἔρωτα*, i. q. *πρὸς Ἔρ.*, sc. *ἐστί*, nihil prodest amanti nobilitas, nam sapientia et virtus (ingenium candidum) despicitur et contemnitur ab avaris, vid. ad Od. XXVI. 6. – v. 7. *βλέπουσιν*, scil. *φιλοῦντες*, argentum tantum spectant ac diligunt, *ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα.* Arist. Plut. 146. quem laudat Fisch. – v. 10 et 11. Sensus est: propter argentum fratres a fratribus, parentes ali-

τὸ δὲ χεῖρον, ὀλλύμεσθα
διὰ τοῦτον οἱ φιλοῦντες.

XLVII. (λζ').

Εἰς γέροντα.

Φιλῶ γέροντα τερπνόν,
φιλῶ νέον χορευτήν.
γέρων δ' ὅταν χορεύῃ,
τρίχας γέρων μέν ἐστιν,
τὰς δὲ φρένας νεάζει.

XLVIII. (νε').

Εἰς Διόνυσον.

Ὁ τὸν ἐν πόνοις ἀτειρῆ
νέον, ἐν πόθοις ἀταρβῆ,
καλὸν ἐν πότοις χορευτὴν

Od. XLVII. v. 3. γέρων δ' ὅταν χορεύῃ Steph., quem omnes sequuntur editt. Sed Mehlh. retinuit lectionem Vat. ἂν δ' ὁ γέρ. χ., quae constat versu logaoedico, qui etiam v. 5. recurrere videtur. Cf. Od. XXXV. 4. XXXVIII. 4. 10.

beris oppugnantur et produntur. – v. 13. τὸ δὲ χεῖρον, cf. Rost. gr. Gr. §. 98. not. 4. ed. 3., quod multo peius est, perdimur, perimus amantes, quia non habemus quo amorem redimamus.

Od. XLVII. Senex saltans animo iuvenescit. Mehlhornio hi versiculi fragmentum esse videntur.

v. 1. τερπνόν, hilarem, laetum, ita ut hoc voc. hic passivam vim habeat. – v. 4 et 5. τρίχας – τὰς δὲ φρένας, quod attinet ad capillos – ad mentem, vid. Rost. gr. Gr. §. 104, 7. Buttm. gr. Gr. mai. §. 118, 5. not. 2.

Od. XLVIII. Hoc carmine, quod sequioris aetatis esse iam docuit Brunckius, continetur ὕμνος ἐπιλήνιος, qualis ad torcular cantari solebat, vel in pompa Bacchica, vid. Ilgenius in Disquisit. de Scol. poesi p. XXIV.

v. 1 – 4. Triplex beneficium Bacchi a poeta celebratur: nam primum reddit iuvenes in laboribus invictos, ἐν πόνοις ἀτειρῆ τελέων, deinde eos in amore efficit intrepidos, ἐν πόθοις ἀταρβῆ τελέων, denique eosdem in compotationibus impellit ad choreas ducendas, καλὸν ἐν πότοις χορευτὴν τελέων. Πόθοι autem sunt amores, sive varia amoris desideria, vid. ad Od. XXXII. 20., Liebschaften.

τελέων θεὸς κατῆλθεν,
ἁπαλὸν βροτοῖσι φίλτρον,
πότον ἄστονον κομίζων,
γόνον ἀμπέλου, τὸν οἶνον,
πεπεδημένον ὀπώραις
ἐπὶ κλημάτων φυλάττειν,
ἵν', ὅταν τέμωσι βότρυν,
ἄνοσοι μένωσι πάντες,
ἄνοσοι δέμας θεητόν,
ἄνοσοι γλυκύν τε θυμόν,
ἐς ἔτους φανέντος ἄλλου.

Od. XLVIII. v. 6. πόθον pro πότον Cod. Vat., forsan librarii errore, quod recepit Boiss. – v. 8. πεπεδημένον δ' όπ. Herm. El. metr. p. 483. – v. 9. Hanc Steph. lectionem praetuli cum Boiss. Vulgo φυλάττων. – v. 10. τέμωσι Steph., quam unice veram lectionem primus recepit Mehlh. pro vulg. τάμωσι. τέμνωσι Cod. Vat., quod non recipere debuit Boiss. – v. 12. Quum Cod. Vat. habeat θϊητόν, Boiss. inde fecit recepitque θηητόν.

– v. 4. κατῆλθεν, nam sicuti dii fingebantur adesse festis ipsorum sollemnibus, ita etiam Bacchus tempore vindemiae putabatur descendisse de superis, ut praesens novo vino conficiendo adesset. Vid. Od. L. et Virg. Georg. II. 7 et 8. Huc, pater o Lenaee, veni, nudataque musto Tingue novo mecum direptis crura cothurnis. – v. 5. ἁπ. βροτοῖσι φίλτρον, lene, dulce amoris mortalium incitamentum, conf. Od. XXXIV. 5., et πότος ἄστονος, potus suspirii expers, quia vinum causam suspirii, i. e. curas et sollicitudines animo expellit: vid. not. crit. – κομίζων ad βροτοῖσι referendum. – v. 7. γόνον ἀμπέλου, i. q. καρπὸν ἀμπέλου, ut fetum pro fructu; nam γόνος etiam de arborum et plantarum fructibus, in primis apud scriptores seriores, usurpatur, cf. Fisch. – v. 8–9. πεπεδημένον ὀπώραις, i. q. δεδεμένον ἐν ὀπώρ., constrictum, i. e. inclusum uvis, nondum torculari solutum, vid. Od. LI. 6., nam ὀπώρα sicuti quemvis auctumni proventum ac fructum, ita speciatim uvam significat, cf. Hesych. ὀπώρα – κυρίως δὲ ἡ σταφυλή. – ἐπὶ κλ. φυλάττειν, scil. ὥστε αὐτὸν φυλ. – v. 12 et 13. ἄνοσοι δέμας – – θυμόν, vid. ad Od. XLVII. 4 et 5. Vinum acinis est inclusum, ut sole coctum maturescat, ne vindemiatores illo fruiti in morbos incidant: nam hoc fere anni tempore ob aëris gravitatem valetudini infestam plerumque febres solebant grassari, vid. Horat. Od. III. 23, 8. Sat. II, 6, 19. ibique Doer. et Heind. – θεητόν dicitur de corpore firmo et sano, et adeo propter sanitatem pulchro, et γλυκύν vi passiva sumendum de animo ob sanitatem corporis securo, laeto. – v. 14. ἐς ἔτους, scil. ὥραν, ad proximum usque auctumnum.

XLIX (νϛ΄).

Εἰς δίσκον ἔχοντα Ἀφροδίτην.

Ἆρα τις τόρευσε πόντον,
ἆρα τις μανεῖσα τέχνα
ἀνέχευε κῦμα δίσκῳ
ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης;
ἆρα τις ὕπερθε λευκάν,
ἁπαλὰν χάραξε Κύπριν
νόος ἐς θεοὺς ἀερθείς,
μακάρων φύσιος ἀρχάν;

Od. XLIX. v. 5. Coniecit Herm. in El. metr. p. 486. ἆρα τῆς ὕπερθε λευκήν. Vulgo ὑπὲρ θάλασσαν, quod displicet. – v. 8. Herm. l. l. legendum censuit φύστιος ἀρχήν; ὅδε μὴν ἔδειξε γυ-

Od. XLIX. Hoc odarion, laudes anaglyphi Veneris Genitricis, ex fluctibus exeuntis, a sculptore ad vivum in disco expressae, debemus ingenio hominis voluptarii, cui natura venam poeticam et imaginationem paullo vividiorem largita est. Eius auctor simplicitate Anacreontica plane destitutus exsultat verborum audacia et imaginum varietate cumulata. Cf. Heyn. antiquar. Aufs. I. p. 115. sqq. ac praesertim p. 126., Winckelm. Gesch. der Kunst. II. p. 112–115., et Antich. d' Ercolano. IV., ubi admirabilis Veneris Anadyomenes conspicitur effigies.

v. 1. τόρευσε, vid. ad Od. XVII. 1. et XLI. 7. – v. 2. τις μανεῖσα τέχνα, ars quaedam insana, i. e. divina, pro artifice divino quodam spiritu afflato, praestantissimo, nam pronomini τὶς inest vis augendi, vid. ad Od. XXVII. 6., et poeta nomine abstracto, ut Fisch. monuit, usus est, »quia artem maxime et manum caelatoris admirabatur, vid. Od. XVIII. 1, ut v. 7. dixit νόος ἐς θ. ἀερθείς, quia ingenium maxime artificis spectari voluit.« – v. 3. ἀνέχευε δίσκῳ, i. q. ἐν δίσκῳ, fluctus effudit in disco, i. e. lamina argentea orbiculata, cuius argentum erat ἔκτυπον, ad naturam fluctuum accommodatissime elatum, pro τόρευσε, χάραξε cet. ἐπὶ νῶτα τῆς θαλ., forma loquendi Homerica pro ἐπάνω τῆς θαλάσσης. – v. 5. ὕπερθε λευκάν, ἁπαλάν, desuper splendidam, tenera cute insignem, nam haec duo epitheta ornantia, sine particula coniungendi poni solita, respiciunt ad splendidam tenerae cutis pulchritudinem, cuius tantum pars superior videri poterat, vid. Theocr. Id. XI. 19. ὦ λευκὰ Γαλάτεια. Etenim nolim hunc locum cum Baxt. intelligere de Venere marina, alba maris spuma circumsepta. Hesiod. Theog. 190. sqq. ἀμφὶ δὲ λευκὸς ἀφρὸς ἀπ' ἀθανάτου χροὸς ὤρνυτο. Pron. τὶς sive sua vi, sive per arsin producitur, v. Mehlh. χάραξε, vid. ad Od. XVIII. 14. – v. 7. νόος ἐς θ. ἀερθείς, animus ad deos evectus, divina ingenii vis, vid. ad v. 2. – v. 8. μακ. φύσιος ἀρχάν,

ὁ δέ νιν ἔδειξε γυμνάν·
ὅσα μὴ θέμις δ' ὁρᾶσθαι,
μόνα κύμασιν καλύπτει.
ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτά,
βρύον ὡς ὕπερθε λευκὸν
ἁπαλοχρόους γαλήνας,
δέμας ἐς πλόον φέρουσα,

μνήν, quibus **Mehlhornio** hic poeta non dignus esse videtur. Sed usus Dorismorum et productio brevis syllabae per arsin in his seriorum carminibus non plane est inusitata, cf. **Mehlh.** p. 146. – v. 10. *ὅσα* bene recepit **Brunck.**, quem sequitur **Mehlh.** Vulgo *χ' ὅσα*, vid. ad Od. XLIII. 6. – v. 11. Hanc Cod. Vat. lectionem cum **Brunck.** et **Boissonad.** recipiendam duxi; nam poeta orationis flumine incitatus ab aoristis ad praesens tempus transiisse cogitandus, quae res non infrequens apud Graecos. Itaque miror **Mehlhornium** cum **Fisch.** *μόνα κῦμα συγκαλύπτει* defendere, quia Pal. Cod. scriptura aoristum requirat. – v. 14. *ἀπαλοχρόους* (s) *παλαμ* (s) et in margine *γαλην* Cod. Vat. *ἁπαλοχρόους γαλήνας* **Steph.**, **Brunck.**, **Boissonad.**; **Steph.** coniecturam (in edit. poet. lyricc.) *ἁπαλοχρόου* in ordinem recepit **Fisch.**, licet **Valperg.** *ἁπαλόχροον* valde probet, quod cum nomine *δέμας* cohaereat, ita ut *γαλήνας* sic dictum sit, ut *χειμῶνος*, *θέρους* cet., **mari tranquillo.** Nil melius offert **Mehlh.**, lectionem Cod. Pal. *παλάμας* respiciens:

Ἀλαλημένον δ' ἐπ' αὐτάν,
βρύον ὧς ὕπερθε λευκόν,
δέμας εἰς πλόον φέρουσα,
ἁπαλοχρόοις παλάμαις κ.τ.λ.,

verbaque ita construens *φέρουσα δέμας εἰς πλόον ἀλαλημένον ἐπ' αὐτάν, ὡς βρύον ὕπερθε λευκόν, ἕλκει ῥόθιον πάροιθεν ἁπαλοχρόοις παλάμαις*, »**in undas, musci superne albi instar, ad eam adludentes, corpus inclinans trahit**, i. e. dissecat, **teneris manibus deorum originis initium**, i. e. deorum parentem; nam nec dii sine Venere neque procreari, neque propagari poterant, conf. **Fisch.** *Μάκαρες* autem *κατ' ἐξοχὴν* dii vocantur, vid. Od. LI. 39., et *μακάρων φύσις* est vel procreatrix deorum vis et origo, vid. Od. L. 29. vel dictum est pro *μάκαρες*, quae est **Fischeri** sententia, **Platon.** Cratyl. 19. med., ubi est *ἡ τῆς θαλάττης φύσις* pro *ἡ θάλαττα*, et **Cic.** de N. D. II. 61. **hominis natura** cet., minus recte, ut videtur, comparantis. – v. 10. *ὅσα μὴ θέμις δ' ὁρ.*, per euphemismum pro locis genitalibus. [Anal. V. P. T. II. p. 260. de Venere Anadyomene: *στέρνα μόνον φαίνουσα, τὰ καὶ θέμις.* **Parmenio** Ib. p. 202. de Polycleti Iunone: *θνητοῖς κάλλος ἔδειξεν ὅσον θέμις· αἱ δ' ὑπὸ κόλποις Ἄγνωστοι μορφαὶ Ζηνὶ φυλασσόμεθα.* ubi vid. Anim. T. II. 2. p. 113. F. I.]. – v. 11. *μόνα* referendum ad *ὅσα*, eas solas partes fluctibus tegit, quas est nefas conspici, i. e. solummodo **tegit partes corporis tegendas**, ut canit Ovidius; vid. not. crit. et ad Od. XVI. 7. – v. 12. sqq. *ἀλαλημ... δ' ἐπ' αὐτά*,

ῥόθιον πάροιθεν ἕλκει.
ῥοδέων δ' ὕπερθε μαζῶν,
ἁπαλῆς ἔνερθε δειρῆς
μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει.
μέσον αὔλακος δὲ Κύπρις,
κρίνον ὣς ἴοις ἑλιχθέν,
διαφαίνεται γαλήνας.
ὑπὲρ ἀργύρῳ δ' ὀχοῦνται
ἐπὶ δελφῖσι χορευταῖς
δολερὸν νόον μερόπων

ante se fluctum.« Quam multa hic absque Cod. auctoritate mutata! Accedit, quod παλάμαις, ut v. 25. μερόπων, metrum laedit, quum tamen huius carminis auctor, ut recte monuit ipse Mehlh., veteris prosodiae leges non prorsus neglexerit. In priore Anacr. editione ἁπαλόχροος praetuleram. Hesiod. Ἔργ. 519. παρθενικῆς ἁπαλόχροος. Hymn. Hom. in Ven. 14. παρθενικὰς ἁπαλόχροας – – ἀγλαὰ ἔργ' ἐδίδαξεν. Vid explicat. – v. 25. Hic versus corruptus esse videbatur viris doctis, neque immerito. Sed aliquid mutare non ausim. Recte Mehlh. totum hunc versiculum salvo sensu abesse posse indicat. Meliores coniecturae, quae prostant, sunt hae: Scaligeri δολερὸν νόημ' Ἐρώτων, Heinsii δολεροὶ νέον μέτωπον, et Io. Henr. Vossii δολερὸν νόον μετώπῳ, quod in priore Anacr. edit. receperam, cf. eius mythol.

scil. κύματα, ad ipsas undas, medias in undas. Sed ἀλαλῆσθαι simpliciter est natare, et φέρειν δέμας εἰς πλόον corpus ad natandum inclinare, incitare, ut natantes facere solent. Hanc etiam ob causam poeta adiecit ῥόθιον πάροιθεν ἕλκει, quatenus corpore ad natandum composito dea manuum ac brachiorum remigio undas quasi ad se trahit ab antica parte, cf. Fisch. ἁπαλοχρ. γαλήνας haud dubie pendet a voc. βρύον. At possis etiam cum Fisch. ἁπαλοχρόου γαλήνας habere pro genitivis absolutis, »mari stante placido ventis,« vel φέρ. δέμας ἐς πλόον ἁπαλ. γαλήνας construere, ita ut Venus corpus ad natationem maris i. e. in mari inclinasse dicatur. Si Fisch. interpretationem amplecteris, non absurdum fuerit voc. γαλήνας de Nympha fluctus maris tranquillante cum Baxtero intelligere, cf. Hesiod. Theog. 204. – v. 17. ῥοδέων δ' ὕπερθε μαζῶν cet., supra roseas mammas et infra tenerum collum altam undam primum secat, h. e. ante deos comites intra altos fluctus natat, ita ut undis manibus natantis deae quasi divisis mamillae et collum conspiciantur, id quod docet v. 22. διαφαίνεται γαλήνας. – v. 19. πρῶτα, i. q. πρῶτον, τὸ πρῶτον, respectu v. 26. habito. – κῦμα τέμνει, i. q. νήχεται v. 30., vid. Od. XXXV. 6., dictione Homerica. – μέγα, profundum, imaginationis vi et ornatus causa additum puta. – v. 20 - 22. μέσον αὔλακος, i. q. κατὰ μέσην αὔλακα, ἐν μέσῃ αὔλ. – v. 23 - 30. ὑπὲρ ἀργύρῳ δ' ὀχοῦνται, i. q.

Ἔρος, Ἵμερος γελῶντες·
χορὸς ἰχθύων δὲ κυρτός,
ἐπὶ κυμάτων κυβιστῶν,
Παφίης τὸ σῶμα παίζει,
ἵνα νήχεται γελῶσα.

L. (νη').

Εἰς οἶνον.

Τὸν μελανόχρωτα βότρυν
ταλάροις φέροντες ἄνδρες

Briefe II. p. 186. Ceterae silentio premendae. – v. 26. Ἔρως Cod. Vat. et Steph., quam vitiosam scripturam, aliis recte improbatam, rursus cum Brunckio praetulit Boissonad. Cf. Mehlh. p. 193.

Od. L. v. 2. φέρουσι. Brunck. et recentt. editt. praeter Bois-

ὑπερογοῦνται, ὀχοῦνται δ' ἀργυρέῳ δίσκῳ, κύμασιν ἀργυρέου δίσκου, ita ut tmesis sit, et dativus non a praepositione, quod fieri nequit, quia ὑπέρ non dativo iungitur, sed a verbo regatur, argenteis undis feruntur, vehuntur, cf. Hom. Od. V. 54. τῷ ἴκελος πολέεσσιν ὀχήσατο κύμασιν Ἑρμῆς. – ἐπὶ δελφ. χορευταῖς, in delphinis saltantibus, i. e. inter natandum exsultantibus, nam delphines, qui in comitatu Veneris occurrunt, vid. Io. Henr. Voss. mythol. Briefe II. p. 184. sqq., laudabantur antiquitus ob eximiam corporis alacritatem cantusque amorem. Cf. Io. Henr. Voss. ad Virg. Id. VIII. 55. Georg. II. p. 753. Si versus sanus, Amor et Cupido mortales, qui dolo Amoris tela effugere student, neque tamen possunt, ridere finguntur; vid. not. critic. Ceterum iam ex Hesiod. Theog. 201. sqq. constat hos deos comitatos esse natam Venerem, cf. Fisch. – v. 27. χορὸς ἰχθύων δὲ κυρτός cet., chorus piscium, i. e. delphinum, *curvus* capitibus in undas deiectis saltat, i. e. laetitia, quia natantem Venerem cingit, exsultat. Curvi autem dicuntur delphines, vel quia curvati exsiliunt, vel quia dorsa eorum repanda sunt, vid. Plin. H. N. IX. 8. [Arion in Hymno v. 14. delphinos laudat, οἵ μ' εἰς Πέλοπος γᾶν – ἐπόρευσαν, κυρτοῖσι νώτοις ὀχέοντες. F. I.]. – v. 29–30. Παίζειν cum quarto casu est adludere, nam delphinus exsultans adludit natantibus, cf. Gell. N. A. VII. 8. Plin. H. N. IX. 8. et Oppian. Halieut. v. 453., quos locos comparavit Fischeri diligentia. – ἵνα, ὅποι, quocunque natat, vid. Schaef. ad Sophocl. Oed. Col. v. 64. ed. Elmsl. Lips. p. 183

Od. L. Hoc carmen ἐπιλήνιον, in quo Bacchi laus celebratur insolensque regnat lascivia, Anacreontis esse quis credat? Studio sublimitatis cuiusdam affectatae ductus, eius auctor orationem plerumque ἀσύνδετον participiis cumulat rarioremque verborum usum ac structuram captat. Cf. Mehlh. p. 196.

v. 2 sqq. ταλάροις φέροντες, pro ἐν ταλάροις φέροντες μέν,

μετὰ παρθένων ἐπ' ὤμων,
κατὰ ληνὸν δὲ βαλόντες,
μόνον ἄρσενες πατοῦσιν
σταφυλήν, λύοντες οἶνον,
μέγα τὸν θεὸν κροτοῦντες
ἐπιληνίοισιν ὕμνοις,
ἐρατὸν πίθοις ὁρῶντες
νέον ἐς ζέοντα Βάκχον,
ὃν ὅταν πίῃ γεραιός,
τρομεροῖς ποσὶν χορεύει,
πολιὰς τρίχας τινάσσων·
ὁ δὲ παρθένον λοχήσας
ἐρατὸς νέος ἐλυσθείς,
ἁπαλὸν δέμας χυθεῖσαν

sonad. et Mehlh. Sed bene habet lectio Vat. – v. 4. Mehlh. καὶ ληνῷ ἐμβαλόντες, quia hic vers. solus Ionicam formam habet; Bothius eum textu eiecit. – v. 6. σταφυλῆς λύοντες οἶνον Pauw. σταφυλὴν λύοντες οἴνῳ Both., commate post πατοῦσιν posito. – v. 10. ἐκζέοντα, quae Fabri coniectura non est necessaria. – v. 15. Sic Cod. Vat., μεθυσθεὶς coniecit Stephan., quod receperunt plurimi editt., sed recte retinuerunt lectionem Vat. cum Fisch. et Bothio Boissonad. ac Mehlh.

ita ut haec particula subintellecta referatur ad v. 4. et ordo verborum sit hic: βότρυν φέροντες μὲν μετὰ παρθένων ἐπ' ὤμων, βαλόντες δὲ κατὰ ληνὸν ἄρσενες μόνον πατοῦσιν, vid. Rost. gr. Gr. §. 134. 5. c. Adhibuit poeta v. 2. participium praesentis, quia actio continua, sed v. 4. part. aoristi, quia actio praeteriens indicatur. Cf. not. crit. ad Od. XLIX. 11. – v. 5. πατοῦσι, est proprium de iis, qui uvas calcant, verbum, vid. Od. XVII. 16. – λύοντες οἶνον, solventes, i. e. exprimentes vinum, nam succus ex uvis, tanquam e carceribus, solvitur, et erat πεπεδημένος ὀπώραις, cf. Od. XLVIII. 8. – v. 7. μέγα, μεγάλως, μάλα. κροτοῦντες, ὑμνοῦντες, nam κροτεῖν proprie est plaudere, plausu comprobare, deinde idem est ac celebrare, laudare. Carmina in honorem Bacchi cantari solita, quum uvae calcarentur, dicebantur ὕμνοι ἐπιλήνιοι, μέλη ἐπιλήνια, cf. Fisch. et Ilgen. Disquis. de Scol. poesi. p. XXIV. – v. 9–10. Verba ita iungenda: ὁρῶντες ἐς νέον ζέοντα Βάκχον, ἐρατὸν πίθοις, nam ὁρᾶν τι, εἴς τι, πρός τι dici iam Lexicc. docent. Est autem νέος ζέων Βάκχ. mustum fervens doliis gratum et acceptum, nam vinum novum ita dicitur, quia dolia ei recipiendo erant facta ac destinata. – v. 15. ἐρατ. νέος ἐλυσθείς, scil. ὕπερθε σκιερῶν φύλλων, quod licet dependeat a χυθεῖσαν, tamen hic facile subintelligitur, provolutus super frondibus densis, ubi virgo obdormiverat. – v. 16. χυθεῖσαν, tenero corpore fusam, nam ἁπαλὸν δέμας pendet ab hoc participio, ita ut praepositio κατά non subintelligatur, vid. Buttm.

σκιερῶν ὕπερθε φύλλων,
βεβαρημένην ἐς ὕπνον,
ἐς ἔρωτ' ἄωρα θέλγει,
προδότιν γάμων γενέσθαι·
ὁ δὲ μὴ λόγοισι πείθων
τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει.
μετὰ γὰρ νέων ὁ Βάκχος
μεθύων ἄτακτα παίζει.

LI. (νγ' et νδ').

Εἰς ῥόδον.

Στεφανηφόρου μετ' ἦρος
μέλομαι ῥόδον τέρεινον

π

Od. LI. v. 2. μέλομαι ῥόδον τερινόν. Cod. Vat., ex quo μέλομαι

gr. Gr. mai. §. 123. 4. – σκιερὰ φύλλα, quae sunt proprie frondes umbrosae, hic sunt frondes densae, metaphora ab arborum umbra ac foliorum densitate petita. – v. 18. βεβαρημένην ἐς υπνον, ita gravatam et oppressam, ut somnus inde consequatur, pro vulgari ὕπνῳ, somno gravatam et oppressam, vid. Od. III. 5. Virg. Aen. VI. 520. – v. 19. ἐς ἔρωτ' ἄωρα θέλγει, ad amorem intempestive pellicit, »nam ἄωρα vim adverbii habet idemque valet, quod ἀωρίᾳ, hoc est, ἀκαίρως, παρὰ τὸν δέοντα καιρόν, interprete Suida, ut v. 24. ἄτακτα pro ἀτάκτως.« Fisch. – προδ. γάμων γενέσθαι, sc. ὥςτε, ut proditrix nuptiarum fiat, h. e. ut copiam corporis faciat, ante quam facere debeat, vid. Rost. gr. Gr. §. 125. 7, 8. Buttm. gr. Gr. mai. §. 127. 3. Hinc statim v. 21. λόγοισι πείθων, quod etiam est verbum proprium de iis, qui persuadendo alliciunt. – ἄγχει, angit, i. e. vim infert, comprimit, metaphora a luctatoribus, qui adversariorum fauces premunt, ducta, vid. Fisch. [Similiter Horat. I. Od. V. 1. quis multa gracilis te puer in rosa – urget. ubi vid. Mitscherl. Eiusdem generis est verbum πνιγίζειν, a palaestra ad amorem translatum. Vid. Anim. ad Anth. II. 3. p. 107. F. I.]. – v. 24. ἄτακτα παίζει, petulanter ludit, h. e. ad petulantiam, lasciviam impellit, ut vim et vitium afferant virginibus, vid. v. 22. – μεθύων active est positum, inebrians, ebrios reddens.

Od. LI. Haec cantiuncula bene cessit auctori, qui ob miram imaginum dulcedinem ac sententiarum elegantiam, quibus rosae laudes celebrat, est laudandus. Anacreontem tamen hoc poema non pepigisse iam dictio πεῖραν ποιεῖν, ut alia transeam, manifesto probat. Cf. Fisch. Ceterum non est quod suspiceris hoc carmen alternis esse cantatum; qua suspicione mihi quidem nihil videtur absurdius.

v. 1. στεφανηφόρου μετ' ἦρος, una cum vere coronis cincto, quia ver, quod hic tanquam persona effertur, e terra flores producit, vid. supra Od. XXXVII. 2. Cf. Ilgen. Scol. II. p. 4., ubi est στεφανηφόροις ἐν ὥραις. – v. 2 et 3. μέλομαι –

συνέταιρον ὀξὺ μέλπειν.
τόδε γὰρ θεῶν ἄημα,
τόδε καὶ βροτῶν χάρημα,
Χάρισίν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις
πολυανθέων Ἐρώτων,
Ἀφροδίσιόν τ' ἄθυρμα.

ῥ. τέρεινον fecit Herm. El. metr. p. 481., quem sequitur Boissonad. Sed Mehlh. cum Fisch. repudiat τέρεινον, quod coniecerat Salmas., quum huic formae desit veterum scriptorum auctoritas, et vel accentus sedes indicare videatur τερινόν potius ex θερινόν esse corruptum. Forsitan articulus τό excidit et scribendum μέλ. ῥόδον τὸ τερπνόν, cf. v. 16. et Od. XVIII. 3. – v. 3. σὺν ἑταιρεῖ αὔξει μέλπην Cod. Vat. et Steph., qui tamen habet μέλπειν, in qua vitiosa scriptura Scalig. latere putabat συνέταιρ' ἄεξε μέλπειν, et Brunck. cum plurim. editt. recentioribus recepit σὺν, ἑταίρα, δεῖ μέλπειν, lectione μέλπομαι ab utroque servata. Coniecit Herm. El. metr. p. 486. συνέταιρον ὀξὺ μέλπειν, quod etiam Boissonad. praetulit, nam licet paullo insolentius ῥόδον dicatur συνέταιρον, tamen, si semel errandum, cum Herm. errare malui. Mehlh. συνέταιροι, ὀξὺ μέλπειν in ordinem recepit. Cf. varietatem lectionis multiplicem apud Fisch. p. 200. – v. 5. Quum in Cod. Vat. χάρμα scriptum sit seiunctis literis ρ et μ, Salmasii coniecturam χάρημα cum Br. et Boisson. recipere non dubitavi. Mehlh. Stephani lectionem τὸ χάρμα prae-

ὀξὺ μέλπειν, mihi curae est, id curae habeo, ut teneram rosam, compotationis sociam, i. e. qua cincti sunt compotores, assa et acuta voce canam. Dicitur a serioribus μέλομαι μέλπειν, μέλομαι ἀείδειν, vid. Od. LVI. 2. Adiectiv. autem τέρεινος, licet non comprobetur testimoniis veterum scriptorum, tamen analogiae non repugnat, quum comparativus τερεινότερος in usu fuerit, cf. Brunck. συνέταιρον autem poetica audacia de rosa dictum, ob usum in compotationibus, vid. ad Od. V. 1. IV. 15. XV. 8. – v. 4. τόδε γὰρ, sc. τὸ ῥόδον, θεῶν ἄημα, rosa dicitur deorum aura s. odor, »quia dii auras carpunt odore unguenti rosacei, hoc est, ambrosiae, quasi infectas,« Fisch. Cf. v. 43 et Od. V. 8. ῥόδα καὶ θεοῖσι τερπνά. Possis etiam θεῶν pro θεῖον accipere, ut sit divinus, praeclarus odor, sed haec interpretatio, monente Mehlh., sequentibus βροτῶν χάρημα minus congrueret. – v. 5. βροτ. χάρημα, quia rosae odor voluptatem affert hominibus, vid. v. 17 et Od. V. 3 sqq. – v. 6. Χάρισίν τ' ἄγ., oblectamentum, deliciae Gratiarum, nam ἄγαλμα est πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, Hesych. Od. V. 9 sqq. ῥόδα, τοῖς ὁ παῖς Κυθήρης Στέφεται καλοὺς ἰούλους Χαρίτεσσι συγχορεύων. Horat. Od. I. 4, 6 sq. – ἐν ὥραις πολυανθέων Ἐρ., vid. ad Od. III. 1. XLIII. 7. Sunt autem ὧραι πολ. Ἐρ. ver et aestas, quia tum Amores cum Gratiis saltantes coronas e floribus, imprimis rosis, contextas gestant, vid. Od. V. 1. 9 sq. LVI. 3. μίτραι πολυάνθεμοι. LXI. 2. ἀνθεμεῦντες στέφανοι. – v. 8. Ἀφροδίσ. ἄθυρμα;

τόδε καὶ μέλημα μύθοις,
χαρίεν φυτόν τε Μουσῶν.
γλυκὺ καὶ ποιοῦντι πεῖραν
ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς·
γλυκὺ δ' αὖ λαβόντι θάλπειν
μαλακαῖσι χερσὶ κούφαις
προσάγοντ' Ἔρωτος ἄνθος.
ἀσόφῳ τόδ' αὐτὸ τερπνὸν

tulit. Both. βροτοῖσι χάρμα coniecit. – v. 11. In priore Anacr. editione tentaveram γλυκὺ καὶ λαβόντι πεῖραν – γλυκὺ δ' αὖ ποιοῦντι θάλπειν μαλακαῖσι χερσὶ κούραις κ. τ. λ. rosa etiam grata est ei, qui eam naribus admovet, – atque illi, qui facit, ut manibus teneris puellarum tractetur, quippe quum hunc florem virginibus donet, vel v. 13. servato λαβόντι et virgula post χερσί posita κούραις προσάγοντ' Ἔρ. ἄνθος, rosa grata est decerpenti, ita ut hunc florem Cupidines allicientem leniter manibus tractet, quippe eum virginibus donaturus, nam amantes iis, quorum amore flagrabant, donabant flores, in quibus τὸ ῥόδον τὸ τῶν Ἐρώτων, vid. Od. V. Cf. Theocr. Id. XI. 56 et 57. ac Boettig. Sabin. p. 190. 219. – v. 16. ἁ σσοφῶ τόδ' αὐτῶ τερπνόν Cod. Vat., ὡσσοφῷ τόδ' αὐτὸ τερπνόν Steph. Quum totum Od. anacrusin disyllabam constanter servet, nil dubitavi cum Bothio ἀσόφῳ recipere. Alii aliter. Mehlh. καὶ τῷ σοφῷ τί τερ-

i. q. ἄγαλμα, nam Venus quoque delectatur sertis rosaceis. – v. 9. μέλημα μύθοις, rosa est carminibus oblectamentum, voluptas, h. e. a poetis celebratur; nam μῦθοι sunt carmina, ut λόγοι Od. LIX. 4. Vid. ad Od. V. 7. De dativo μύθοις paullo insolentius pro genit. usurpato cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 182. ex Aristoph. Eccles. 904. τῷ θανάτῳ μέλημα laudantem. – v. 11. γλυκὺ καὶ ποιοῦντι πεῖραν cet., grata adeo (καί) est rosa periculum facienti, i. e. eam contrectanti, et, ubi eius odore fructus fuerit, abeunti, cf. Fisch. et Brunck. Sed pro πεῖρ. ποιεῖν linguae legibus accommodatius fuisset πεῖρ. λαμβάνειν, vid. Longi Pastor. IV. 15., vel Fischero iudice πεῖρ. ποιεῖσθαι. – v. 12. ἐν ἀκανθ. ἀταρποῖς, in viis, quae spinis, unde rosae spectantur, sunt obsitae, nam rosas frequenter etiam in sepibus crevisse animadvertit Baxt. Cf. Theocr. Id. V. 92 et 93. Ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατος οὐδ' ἀνεμώνα πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα παρ' αἱμασιαῖσι πεφύκει. – v. 13. γλυκὺ δ' αὖ λαβόντι θάλπειν cet., grata vero etiam est ei, qui rosam decerpit decerptamque teneris digitis levibus, i. e. tenera manu leviter tractat, utpote hunc Cupidinis florem naribus admovens; προσάγοντ' i. e. προσάγοντι, cf. Iacobs. ad Anth. P. p. 64. – Ἐρ. ἄνθος, i. e. ῥόδον. – v. 16. ἀσόφῳ τόδ' αὐτὸ τερπνόν, eadem rosa grata est artis poeticae imperito (ἀμούσῳ. Vid. v. 23. et ad Od. XLIII. 16.), qui

θαλίαις τε καὶ τραπέζαις,
Διονυσίαις θ' ἑορταῖς.
τί δ' ἄνευ ῥόδου γένοιτ' ἄν;
ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠώς,
ῥοδοπήχεες δὲ Νύμφαι,
ῥοδόχρους δὲ κ'Ἀφροδίτα
παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.
τόδε καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ,
τόδε καὶ νεκροῖς ἀμύνει,
τόδε καὶ χρόνον βιᾶται·
χαρίεν ῥόδων δὲ γῆρας
νεότητος ἔσχεν ὀδμήν.
φέρε δή, φύσιν λέγωμεν.
χαροπῆς ὅτ' ἐκ θαλάσσης

κνόν. Herm. El. metr. p. 486. σκύφῳ ἔστι δ' αὖτε τερπνόν. – v. 20 – 43. Seiunxit Mehlh. hos versiculos a superioribus cum Cod. Palat. Steph. coniunxit, eos vel a sodali cani voluisse poetam existimans, vel quod verisimilius sit, ab alio, qui, quod postremo loco superiorum versuum dictum esset, longiore oratione persequi et exornare vellet, esse conditos. – v. 24. Sic cum Mehlh.

nihil praeter laeta convivia curat; nam hic versiculus oppositus esse videtur versui 9. – v. 17 – 18. *θαλίαις τε καὶ τραπέζαις* cet., conviviis lautioribus, i. e. publicis, festis deorum sollemnibus fieri solitis, et privatis. De *θαλίαις* cf. Fisch. Hom. Il. IX. 143. *θαλίῃ ἔνι πολλῇ*, lautis epulis copiose appositis, interpretante Heynio. *Διονύσιαι ἑορταί* sunt Liberalia verna, maiora, etiam simpliciter *Διονύσια* dicta, mense Elaphebolione Athenis celebrari solita, in quibus feminae coronis rosaceis incedebant ornatae, quia hic flos etiam Baccho erat sacer, vid. Od. V. 2. ssq. – v. 20 – 29. *ῥοδοδάκτυλος*, splendidum ac perpetuum Aurorae surgentis epitheton Homericum, a pulchritudine efflorescentis rosae petitum. – v. 21. *ῥοδοπήχεες*, et *ῥοδόχρους* sunt itidem epitheta dearum ornantia, a pulchritudine rosae ad tenerae cutis ruborem translata. – v. 23. *παρὰ τῶν σοφῶν*, a poetis, qui *κατ' ἐξοχὴν σοφοὶ* dicuntur, vid. ad Od. XLIII. 16. Horat. Od. I. 1, 29. frontes doctae, ibique interprett. et Fisch. ad h. l. – v. 23. *τόδε*, scil. *τὸ ῥόδον*, *καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ*, i. e. *προσαρκεῖ*, *βοηθεῖ*, opitulatur, medetur; *ἀμύνει*, a putredine defendit, cf. Hom. Il. XXIII. 186. *ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ, ἀμβροσίῳ*, ibique Heyn. Plin. H. N. XXI. 4. – v. 26. *χρόνον βιᾶται*, vim infert tempori, h. e. tempore non conficitur; nam rosa semper suavem odorem emittit. – *ἔσχεν* vim praesentis habet; vid. ad Od. L. 4. – v. 29. *φέρε δή* – *λέγωμεν*, vid. ad Od. III. 24. LVI. 7. – *φύσιν*, i. q. *φυήν*, ortus natales, originem, vid. Od. XLIX. 8. – v. 30. *χαροπῆς ὅτ' ἐκ θαλ.* cet., quum ex placido et

δεδροσωμένην Κυθήρην
ἐλόχευε Πόντος ἀφρῷ,
πολεμόκλονόν τ' Ἀθήνην
κορυφῆς ἐδείκνυε Ζεύς,
φοβερὴν θέαν Ὀλύμπῳ,
τότε καὶ ῥόδων ἀγητῶν
νέον ἔρνος ἤνθισε Χθών,
πολυδαίδαλον λόχευμα·
μακάρων θεῶν δ' ὅμιλος,
ῥόδον ὡς γένοιτο, νέκταρ
ἐπιτέγξας, ἀνέτειλεν

legendum censui. Boissonad. cum Brunck. et al. νόσοισιν recepit. — v. 35. Ὀλύμπῳ, i. e. θεοῖς, μακάρων θεῶν ὁμίλῳ. — v. 36. τότε καὶ — ἤνθισε Χθών cet., tum etiam admirabilium rosarum spinam (Rosenstock) Terra efflorescere iussit, i. e. protulit. Ῥόδα autem dicuntur ἀγητά, h. e. θαυμαστά, et propter odoris suavitatem, et ob coloris amoenitatem, quae posterior notio amplificatur v. 38., ubi rosa dicitur fetus perquam artificiosus, ratione calycis foliosi simul habita. Ceterum usus aoristi ἤνθισε observandus, quum imperfecta ἐλόχευε, ἐδείκνυε, praecedant, quibus continuatum tempus indicatur, quum aoristus rosam e terra iam effloruisse simpliciter doceat, vid. Rost. gr. Gr. §. 116. 10. Buttm. gr. Gr. §. 124. 4. — v. 40—43. νέκταρ ἐπιτέγξας, scil. τῷ ῥόδῳ, nectar spinae superfundens, unde flos rosae rubrum colorem [et odorem simul. F. I.] traheret; nectar enim colore rubro fuit, Hom. Il. XIX. 38. Odyss. V. 93 — ἀνέτειλεν ἀγ. cet., splendidum e spina nasci iussit, i. e. protulit, rosae fetum, florem, Bacchi im-

caeruleo mari Venerem madidam, e spuma maris pareret Pontus et bellatricem Minervam Iuppiter e capite proferret, i. e. quo tempore nati sunt dii, h. e. antiquissimo, vid. Od. XLIX. 8 sqq. Hesiod. Theog. 188 sqq. ibique Wolf. Hom. hymn. in Apoll. 309. — χαρ. θαλ. dictum est, ut Od. XLIX. 14. ἁπαλόχροος γαλήνη, et δεδροσωμένη Κυθήρη pro τὸν ἀφρὸν στάζουσα, stillans, rorans, cf. Mus. de Her. et Leand. 263. Himer. Oratt. I. 20., quem locum Fisch. contulit, cui minus recte δεδροσωμένη idem est, quod δροσώδης, Venus tenera, h. e. pulchra, venusta, vid. ad Od. XXIX. 9. XLIX. 6. — ἀφρῷ pendet ab ἐλόχευε, non a δεδροσωμένην, et est idem, quod ἐν ἀφρῷ, ἐξ ἀφροῦ. — κορυφῆς ἐδείκνυε, i. q. ἐκ κορυφῆς ἐγείνατο: nam genitivus inservit explicationi verbi δεικνύειν, vid. Thiersch. gr. Gr. §. 255. Matth. gr. Gr. §. 374., qui hunc locum ad hymn. in Apoll. 309. contulit, ubi Herm. Barnesii coniecturam γείνατ' Ἀθήνην ἐκ κορυφῆς in ordinem rece-

ἀγέρωχον ἐξ ἀκάνθης
φυτὸν ἄμβροτον Λυαίου.

LII. (να΄).

Εἰς ἑαυτόν.

Ὅτ' ἐγώ σε νέοις ὁμιλεῖν
ἐσορῶ, πάρεστιν ἥβα.
τότε δή, τότ' ἐς χορείην
ὁ γέρων ἐγὼ πτεροῦμαι.
περίμεινόν με, Κυβήβα,
παράδος· θέλω στέφεσθαι.
πολιὸν ἑκὰς δὲ γῆρας·

cepit. – v. 43. *Λυαίῳ* Boissonad. Equidem supra scriptam lectionem Cod. Vat. cum plurimis editt. retinui.

Od. LII. v. 1. *ὅτ' ἐγώ σε νέοις ὁμίλουν* Cod. Vat. cum Boissonad. et Mehlh. recepi, *ὁμιλεῖν* pro *ὁμίλουν* scripto. *ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον* Brunck., quem plurimi sequuntur editt. – v. 2. *ἐσορῶν* Cod. Vat., nominativus absolutus pro *ἐσορῶντός μου*. –
α α ε ω
v. 5. *περίμεινόν με Κ*, Vat., unde Salmas. coniiciebat *παραμαίνομαι Κυβήβα*, quod probat Brunck. – v. 7. *πολιὸν δὲ γῆρας ἑκάς* Cod. Pal. et Steph., quae verba librarii negligentia videntur esse transposita. Placet Bothii coniectura *πολιὸν δ' ἑκὰς τὸ*

mortalem, *ἄμβροτον*, haud dubie propter odorem, quem nunquam amittit; *ἀγέρωχον* autem imprimis ad faciem amoenam videtur spectare; de quibus epithetis ornantibus vid. ad Od. XXXVIII. 9.– *φυτὸν Λυαίου*, rosa etiam Baccho sacra, vid. ad Od. V. 2. Cf. Dorvill. Vann. crit. p. 103., qui Meleagr. Epigr. II. 5. *ῥόδον ἀπ' ἀκάνθης* citavit.

Od. LII. Poeta amicam choro iuvenum immixtam videns ita ad laetitiam abripitur, ut et ipse coronatus bibere et saltare cupiat. Ceterum hoc dulce odarium Doricas formas cum Ionicis miscuit, quod signum recentioris aetatis habetur.

v. 1 sq. *ὅτ' ἐγὼ – ἐσορῶ*, quando ego te cum iuvenibus versari video, repubesco, denuo iuvenesco, nam videtur poeta compellasse Cubebam, in quo nomine plurimi interprett. puellam, Mehlh. puerum agnoscit.– *νέοις* per synizesin legendum, cf. LIV. 4 et 10. *ἀργαλέη* et *γηραλέοι*. Cf. Mehlh. et Wund. adverss. in Sophocl. Phil. p. 37., qui nonnulla alia exempla Euripid. collegit.– *πτεροῦμαι*, ad saltationem rapior, ad choreas ducendas feror. – v. 5. *περίμεινόν με*, exspecta me, mane, ut mihi flores tradas, quibus caput cingam. – v. 6. *παράδος*, scil. *ῥόδα*, *ῥόδων στεφάνους*, quod ex verbo *στέφεσθαι* debet subintelligi. – v. 7. *πολιὸν – γῆρας*, scil. *ἔστω*, vel

νέος ἐν νέοις χορεύσω.
Διονυσίης δέ μοί τις
φερέτω ῥοῦν ἀπ' ὀπώρης,
ἵν' ἴδῃ γέροντος ἀλκὴν
δεδαηκότος μὲν εἰπεῖν,
δεδαηκότος δὲ πίνειν,
χαριέντως δὲ μανῆναι.

LIII. (κϛ'*).

Εἰς τοὺς ἐρῶντας.

Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι
πυρὸς χάραγμ' ἔχουσιν,
καὶ Παρθίους τις ἄνδρας
4 ἐγνώρισεν τιάραις.

γῆρας. – v. 10. ῥοιὰν ἀπ' ὀπώρης (supra scr. ῥόον) Vat., unde Fisch. legendam censuit ῥοάν aut ῥοὴν ὀπ., quod in ordinem recepit Both., sed retinuerunt Brunck. et Boissonad. supra scriptum ῥόον, quod Pauw. mutavit in ῥοῦν, receptum a Mehlh. – v. 14. Ante hunc versum unum excidisse putat Mehlh., quia ipsa orationis concinnitas aliquid requirat, quo particula δέ in ultimo versu referatur. Brunck. χαριέντως τε μ., quod praeter Boisson. et Mehlh. recentiores editt. plurimi receperunt.

potius ἐστί, nam v. 2. dixerat πάρεστιν ἥβα. – v. 10. ῥοῦν ἀπ' ὀπώρης, ita ut sit versus Ionicus a maiore, qualis est v. 5 et 14., liquorem uvae Dionysii, i. e. vinum, vid. ad Od. XLVIII. 8. et XXXVII. 12., sed praepositio ἀπό vinum ex uva ortum, expressum significat. [Vid. Welcker. in Creuzeri Meletem. II. p. 26.]. Sic v. c. dicitur οἶνος ἀπ' ἀμπέλου, vid. Ilgen. Scol. 26. p. 108. – τὶς, scil. τῶν νέων. – v. 12. δεδαηκότος, qui novit, atque igitur potest, der versteht, vid. Nitzsch. erkl. Anmerk. zu Hom. Od. p. 15. – εἰπεῖν, i. q. ᾄδειν, vid. ad Od. I. 1. – v. 14. χαριέντως δὲ μαν., amabiliter insanire, furere, alios etiam sua hilaritate delectans, vid. ad Od. XIII. 12.

Od. LIII. Haec cantiuncula ab recentiore poeta, qui illa vixit aetate, qua Parthorum nomen iam clarum ac splendidum erat, videtur esse profecta. Comparatio tenuis notae animo amantium impressae cum nota clunibus equorum inusta et Parthorum pileis parum habet suavitatis pulchrique sensum laedit. v. 1–2. ἐν ἰσχίοις – πυρ. χάραγμ'. Nota clunibus equorum inusta ad genus equorum designandum, quae res haud parvum in emendis equis habebat momentum, vid. Herm. ad Aristoph. Nub. 24. – v. 3–4. Constructio variata pro Πάρθιοι ἄνδρες γνωρίζονται. – ἐγνώρισεν, habet vim praesentis, agnoscit, dignoscere solet, vid. ad Od. L. 4. – τιάραις, est dativ. caussae, vid. Rost. gr. Gr. §. 106. not. 3.

ἐγὼ δὲ τοὺς ἐρῶντας
ἰδὼν ἐπίσταμ' εὐθύς.
ἔχουσι γάρ τι λεπτὸν
8 ψυχῆς ἔσω χάραγμα.

LIV. (ξ').

Πολιοὶ μὲν ἡμὶν ἤδη
κρόταφοι, κάρη δὲ λευκόν·
χαρίεσσα δ' οὐκ ἔθ' ἥβη
πάρα, γηραλέοι δ' ὀδόντες·
γλυκεροῦ δ' οὐκ ἔτι πολλὸς
6 βιότου χρόνος λέλειπται.
διὰ ταῦτ' ἀνασταλύζω
θαμά, Τάρταρον δεδοικώς.
'Αΐδεω γάρ ἐστι δεινὸς
μυχός, ἀργαλέη δ' ἐς αὐτὸν

Od. LIV. v. 7. Scripsit Both. ἂν ἀσταλύζω, plorare soleo,

Fuit autem tiara pileus laneus coni speciem et formam referens, vid. Herodot. VII. 61., nam Παρθίους ἄνδρας poeta more loquendi recentiore Persas dixit, quos tiaras gestasse constat. Vid. Brisson. Regn. Pers. I. c. 48. 49. p. 61. ss. – v. 7–8. τι λεπτὸν – χάραγμα, nota quaedam tenuis animo impressa (ein zartes Kennzeichen der Seele), cuius indices sunt oculi, vultus, vox, et εὐσχημοσύνη τις, vid. Xenoph. Cyrop. V. 1, 5 sq. [Platonicum est commentum, amorem et cupiditates vestigia animae impressa relinquere, Gorg. p. 524. E. Vid. imprimis Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 110. et quae collegimus in Anim. ad Anthol. VI. 1. p. 70. et III. 1. p. 144. F. I.]

Od. LIV. Poeta de senectute morti propinqua conqueritur. Non est quod hos versiculos Anacreonti abiudicemus. Servavit eos Stob. in Florileg. p. 487. ed. Grot. [Titul. CLXXXIII. p. 600.].

v. 1. πολιοὶ μὲν ἡμὶν ἤδη κρ., sparsus iam sum tempora canis, Ovid. Met. VIII. 567. – v. 3. χαρίεσσα – ἥβη, grata iuventus, i. e. florens aetas, ἄνθος ἥβης. – v. 4. γηραλέοι est trisyllabum, ut v. 10. ἀργαλέη, vid. ad Od. LII. 1. – πάρα, pro πάρεστι et πάρεισι, ad omnia horum vers. substantiva referendum, ut apud Hom. Od. V. 16. et 141. πάρα νῆες. IV. 846. λιμένες δ' ἔνι ναύλοχοι. Vid. Buttm. gr. Gr. §. 104. II. 2. – v. 5–6. πολλός, Ionice pro πολύς, cet., non multum vitae tempus mihi (ἡμὶν) est relictum, i. e. haud procul a morte absum. – v. 7. ἀνασταλύζω, valde lacrimor, fleo, i. e. summa tristitia commotus sum, nam ἀνά in compositione auget. – v. 9 et 10. 'Αΐδεω – μυχός, i. q. ὁ Τάρταρος. Aeschyl.

κάθοδος· καὶ γὰρ ἕτοιμον
12 καταβάντι μὴ 'ναβῆναι.

LV. (ξα').

Ἄγε δὴ φέρ' ἡμὶν, ὦ παῖ,
κελέβην, ὅκως ἄμυστιν
προπίω, τὰ μὲν δέκ' ἐγχέας
ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου
κυάθους, ὡς ἀνυβριστὶ

cf. Od. IX. 30. et Herm. ad Vig. p. 785. – v. 12. μὴ ἀναβῆναι Mehlh., utpote synizesin cum vett. libris servans.

Od. LV. v. 2. ὅκως est ap. Athen., qui hoc od. servavit, nam haec forma non solum prosaicis Ionum scriptoribus, sed etiam iis poetis recte attribuitur, qui interioris Ionismi erant studiosi, ut Mehlh. monuit, inter alia laudans Mimnerm. Fr. X. 1. ὁκόταν. Archil. Fr. XI. 2. ὁκοίην et XII. ὁκοίοις. Callin. Fr. I. 1. κότε et 12. κως. Anacr. Fr. ξγ'. (63) οὐδ' ἀργυρέη κοτ' ἔλαμπε Πειθώ. – v. 3. δέκ' ἐγχέας cum Boissonad. et Mehlh. recepi. Vulgo ἔγχει. – v. 5 sq. κυάθους receptum a Fisch. et aliis. Coniecit

Prom. v. 442. κελαινὸς δ' Ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς. Sophocl. Ai. 566. ἔστ' ἂν μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ. Cf. Perizon. ad Ael. V. H. XIII. 2. 3. Terribilis est recessus Orci profundus ac molestus ad inferos descensus. – v. 11–12. καὶ γὰρ ἕτοιμον, scil. ἐστί, nam paratum, destinatum, i. e. certum est [manifestum est. Arat. Phaen. 40. καθαρὴ καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη – Ἑλίκη. F. I.] ei, qui descendit, inde non redire, sententia a poetis decantata. Locos attulerunt Fisch. et Mehlh. – μὴ 'ναβῆναι cum aphaeresi dictum est pro μὴ ἀναβῆναι. Cf. Od. XXI. 7. XXXIII. 5. Vid. not. critic.

Od. LV. Carmen hoc nullius fere pretii ab Athenaeo X. p. 427. A. tribuitur vati Teio, qui, temperanter et hilariter vino fruantur, compotores admonet. Itaque non est, quod Anacreonti abiudices. Cf. Schweigh. T. IV. p. 61.

v. 2. κελέβην, i. e. ποτήριον ξύλινον κυλικῶδες, Schol. Theocr. ad Id. II. 2. – ὅκως ἄμυστιν προπίω, vid. ad Od. XXI. 2. XXXI. 2. et IV. 3. – τὰ μέν – τὰ δέ, cum – tum, et – et, vid. ad Od. XXIX. 4. – δέκ' ἐγχέας, quod part. disyllabum est, vid. ad Od. LV. 4. 10. LVIII. 3. 9., decem vasa aquae et quinque vasa vini infundens poculo, ἐν τῇ κελέβῃ, nam ἐγχέας absolute positum est, vid. Fragm. Anacr. 122. καθαρῇ δ' ἐν κελέβῃ πέντε καὶ τρεῖς ἀναχείσθω, scil. κυάθους ὕδατος καὶ οἴνου. Est κύαθος vas figlinum vel aeneum, quo vinum e cratere atque aqua in pocula infundebatur, duodecimam sextarii partem capiens. Fuit autem ista temperatio admodum sobria, ut recte monuit Mehlh., vid. ad Od. XXXVI. 10. Athen. l. l. et Plut. Sympos. III. 9. – v. 5–6. ὡς ἀνυβριστὶ ἀναθεύων,

6 ἀναδεύων βασσαρήσω.
* * * *

ἄγε δεῦτε, μηκέθ' οὕτω
πατάγῳ τε κἀλαλητῷ
Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ
μελετῶμεν, ἀλλὰ καλοῖς
11 ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις.

Pauw. κνάθοις, quod non recipere debebat Brunck. – ὡς ἂν ὑβριστιῶσαν ἀναδευβασσαρήσω vulgo ap. Athen. et inde Steph. ὡς ἂν ὑβριστιῶσαν ἀναδευβασσαρήσω, unde in priore Anacreont. editione eliciendum putavi ὑβριστιῶντας Ἀναδεύων, βασσαρήσω, lascivos convivas vino madefactans, furam, insaniam. Tum vero οὕτω significaret ita, ut antea in similibus compotationibus factum est. Baxt. coniecturam ὡς ἀνυβριστὶ Ἀναδεύων βασσαρήσω receperunt cum Fisch. Brunck. et Mehlh. Minus bene Schweigh. ἀνυβριστὶ ὡς ἂν Ἀδεῶς τε βασσαρήσω, quem ex parte secutus est Boissonad. ὡς ἀνυβριστὶ Ἀδεῶς τε βασσαρήσω. Vir doct. contra in Ephem. lit. Ienenss. a. 1807. proposuit ὣς (i. e. οὕτως) ἀνυβριστί, Ἄγε, δεῦτε, βασσαρήσω, quod mihi propter vers. sequentem non probatur. Magis placet Herm. coniectura ὡς ἀνυβριστὶ Ἀνέδην τε βασσαρήσω. Alia hunc locum emendandi conamina vid. apud Fisch. et Mehlh. – v. 7. Cum Boisson. et Mehlh. δεῦτε recepi. Ceterae Anacr. editt. habent ἄγε, δῶτε pro δότε, quod metro repugnat. Cf. praeter Mehlh. Buttm. gr. Gr. max. p. 535. et Matth. gr. Gr. mai. I. p. 403. ed. 2. – v. 11. Schweigh. coniecit ὑποπίνομεν σὺν ὕμν. vel ὑπ. τ' ἐν ὕμν., quod neque orationis structuram, neque stropharum rationem (?) admittere monet Mehlh. Vid. explicat.

scil. ἐμαυτόν, i. q. δευόμενος τῷ ποτῷ, vino madens, vid. ad Od. IV. 8. XXVI. 7., βασσαρήσω, ut tranquille, contumeliae expers, furam, i. e. summa laetitia ac hilaritate perfundar, nam ἀνυβριστὶ βασσαρεῖν idem est, quod χαριέντως μανῆναι Od. LII. 14. »i. e. ita hilarem esse, ut neque rixere, neque vociferere, id quod ea, quae v. 7 ss. dicuntur, satis docent.« Fisch. Vid. ad Od. XIII. 12. – v. 7. Post v. 6. aliquot versus etsi deesse videantur, quod etiam ex Athenaei verbis fit verisimile, qui post v. 6. haec addit: καὶ προελθὼν (sc. Ἀνακρ.) τὴν ἀκρατοποσίαν Σκυθικὴν καλεῖ πόσιν, tamen non est, ut hoc odarion in duas partes dividas, nam v. 7. poeta ad amicos se convertit et, agedum concedite, inquit, neque ita in vino tempus consumamus, ut rixae et vociferatio inde oriantur. – v. 9. Σκυθικὴν πόσιν pendet a verbo μελετᾶν. Scythas vinum meracius bibisse, unde dicebantur ἀκρατοπόται, eorumque compotationes crebro pugnis et rixis finitas esse, satis constat ex Athen. l. l., vid. interprett. ad Horat. Od. I. 27. – v. 10. ἀλλὰ – ὑποπίνοντες, scil. μελετῶμεν, sed inter pulchra carmina, i. e. grata, iucunda, cogitemus subbibere, i. e. largius bibere, quae signi-

LVI.

Τὸν Ἔρωτα γὰρ τὸν ἁβρὸν
μέλομαι βρύοντα μίτραις
πολυανθέμοις ἀείδειν.
ὅδε καὶ θεῶν δυνάστης·
ὅδε καὶ βροτοὺς δαμάζει.

LVII. (ξε´).

Γουνοῦμαί σ', ἐλαφηβόλε,
ξανθὴ παῖ Διός, ἀγρίων
δέσποιν', Ἄρτεμι, θηρῶν.
ἵκου νῦν ἐπὶ Ληθαίου

Od. LVI. v. 2. Recepi cum Boissonad. Herm. coniecturam μέλομαι, vid. eius El. metr. p. 486. Vulgo μέλπομαι. – ἀείδων, sed Clem. Alex. recte habet ἀείδειν, quod Herm. emendationi egregie respondet, vid. ad Od. LI. 2.

ficatio huic verbo inest per ironicam quandam antiphrasin, ut observat Mehlh. p. 210. Vid. not. crit. Cf. Rost. gr. Gr. §. 129. 4. Matth. gr. Gr. §. 550.

Od. LVI. Hoc fragmentum, quo poeta docet, cur Amor sit carmine celebrandus, servavit Clem. Alex. Strom. VI. p. 623. D.

v. 1–3. τὸν ἁβρόν, non tam formosum, quam delicatum, cultum, propter βρύοντα μίτραις πολυανθέμοις, plenum, cinctum coronis variis e floribus nexis, quae verba ad vocem ἁβρόν interpretandam et ornatus causa adiecta videntur, vid. ad Od. XXXVII. 2., nam μίτραι hic metaphorice sunt coronae, ἀνθεμεῦντες στέφανοι, Od. LXI. 2. XXXIX. 11. – v. 4. θεῶν δυνάστης, i. e. θεῶν πάντων κρατέων, Od. IX. 10. Cf. Fisch. et Valcken. ad Eurip. Hippolyt. 535.

Od. LVII. Hoc carmen, cuius versus 3 et 4. laudantur, alter ab Eustath. ad Hom. Il. XXI. 470., alter ab Hephaest. Enchir. p. 69. eiusque Schol. p. 73. ed. Pauw. et Anacreonti attribuuntur, calamitati nescio cui originem debere apertum est. [Mihi nihil minus videtur apertum. Sunt preces ad Dianam, ut ad urbem nescio quam accedere, civesque, eius favore non indignos, placido vultu intueri velit. F. I.]. Plurima vero, quae VV. DD. suspicati sunt, in incertis relinquenda. Constat autem quinque Glyconeis, praeter tertium et ultimum, qui sunt Pherecratei vel Ionici maiores cum anacrusi monosyllaba longa. Cf. Herm. El. metr. p. 667 et 668. ac Mehlh. p. 222.

v. 1. ἐλαφηβόλε, cervorum iaculatrix, sollemne Dianae epitheton, cf. Spanh. ad Callim. in Dian. 17. – v. 2. ξανθή; flavi capilli pulcherrimis diis tribuuntur, vid. Winckelm. Gesch. der Kunst II. p. 221. – v. 4. ἵκου νῦν ἐπὶ Ληθ. δίνησι, i. q. δίναις, veni iam ad vortices Lethaei amnis, scil.

δίνῃσι, θρασυκαρδίων
ἀνδρῶν ἐγκαθορᾷ πόλιν
χαίρουσ'· οὐ γὰρ ἀνημέρους
ποιμαίνεις πολιήτας.

LVIII. (ξβ').

Πῶλε Θρηϊκίη, τί δή με
λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα

Od. LVII. v. 5. Turnebi lectionem *θρασυκαρδίων*, quae legitur apud Schol. Hephaest. p. 73. ed. Pauw., receperunt cum Brunck. plurimi editt. recentiores, eosque sequitur Boissonad. Sed Mehlh. *θρεοκαρδίων* cum Fisch. et Herm. praetulit, quia sententia huius loci cives ob calamitatem, quae eis acciderat, timidos requirat; quasi hi cives non potuissent deae a fortitudine commendari. – v. 6. *ἐγκαθορᾷ*. Both. dedit *εὖ καθορᾷ*.

ut opem feras, nam dii mortalibus opitulaturi praesentes adesse debebant. Vid. quae notavi ad Cicer. Orat. Catil. IV. 2. 3. – v. 5 – 7. *θρασυκαρδίων ἀνδρ. ἐγκαθορᾷ π. χαίρ.*, respice, tuere, propitia fortium virorum urbem, quam? non satis liquet. Plerique interprett. Ephesum intelligunt, deae auxilium implorantem, quum Croesus eius moenia obsideret, vid. Herodot. I. 26. Aelian. V. H. III. 26. Sed Ephesum non praeterfluebat vel attingebat hic fluvius. Itaque Fab. Magnesiam intellexit, quae ad Maeandrum sita erat, in quem influebat Leth., vid. Strab. XIV. §. 39. *πλησίον γὰρ αὐτοῦ (sc. Μαιάνδρου) ἵδρυται (sc. Μαγνησία πόλις). πολὺ δὲ πλησιαίτερον ὁ Ληθαῖος ἐμβάλλων εἰς τὸν Μαίανδρον κ.τ.λ.* Pausan. X. 32. 4. Sed valde dubium est, an quae Strabo paullo post de Magnetum malis memorat, huc quadrent. Ex iis saltem, quae de Magnesiae excidio disputat Franck. ad Callin. p. 89 – 117., hoc temporum rationi obstare putavit Mehlh. **Bross. inundationem Lethaei fluminis huic odario occasionem dedisse censuit, quia poeta disertis verbis *Ληθαίου δίνας* memorat. Eum sequitur Drexel.** p. 302. [At sexcentis in locis *δῖναι* fluminum commemorantur, ubi de inundatione cogitari nequit. F. I.]. – v. 7 – 8. *οὐ γὰρ – πολιήτας*, Ionice pro *πολίτας*, ut v. 5. *δίνῃσι*, non enim imperas ingratis civibus, i. e. cives, qui sunt in tutela tua, tibi pium gratumque animum probabunt. Metaphora petita est a pastoribus, quibuscum in antiquo sermone reges comparantur. Contulit Mehlh. cum h. l. Longi Pastor. II. 5. *νῦν δὲ Δάφνιν ποιμαίνω καὶ Χλόην.*

Od. LVIII. Hoc carmen, quo superba puella cum equa ferociente comparatur, nobis servavit Heraclides Ponticus Allegg. Homerr. p. 16. ed. Schow. p. 414. ed. Gal. *Καὶ μὴν ὁ Τήϊος Ἀνακρέων ἑταιρικὸν φρόνημα καὶ σοβαρᾶς γυναικὸς ὑπερηφανίαν ὀνειδίζων, τὸν ἐν αὐτῇ σκιρτῶντα νοῦν, ὡς ἵππον, ἠλληγόρισεν, οὕτω λέγων.* Boissonad. secutus est Gaisfordii recensionem ad Hephaest. p. 261., **quem et ego sequendum putavi, excepto v. 1, ubi *Θρηϊκίη* pro *Θρηκίη* cum Mehlh. amplexus sum. Totum hoc carmen tribus continetur strophis, quarum quaeque tres trochaicos dimetros acatalecticos cum uno catalectico servat.**

v. 1. *πῶλε Θρηϊκίη*, **dictum**

νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δέ
μ' οὐδὲν εἰδέναι σοφόν;
ἴσθι τοι, καλῶς μὲν ἄν σοι
τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι,
ἡνίας δ' ἔχων στρέφοιμι
ἀμφὶ τέρματα δρόμου.
νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι,
κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις·
δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην
οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

de puella s. amica, amplexus Venereos vatis Teii aversante; nam solent poetae virgines cum equabus comparare, idque sine libidinis crimine, quod huic vocabulo inesse censet Aelian. H. A. IV. 11., vid. Eurip. Hec. 144. πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαστῶν, scil. Ὀδυσσεύς. Θρηϊκίη (trisyllabum, ut apud Hom. Il. IX. 817. δηΐοισιν) additum puta, quia equi Thracii reliquis habebantur ferociores. – τί δή – φεύγεις, quid tandem (quaeso) me limis spectans crudeliter fugis; vid. de hoc usu verbi βλέπειν Matth. gr. Gr. mai. §. 417. not. 2., non de puella timida, ut apud Mus. 101. de timido Leandro, sed potius de puella poetam despiciente, cf. Theocr. Id. X. 13. χείλεσι μυχθίζοισα καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα, ut v. 4. docet. – δοκέεις, quod bisyllabum est, ut v. 9. βόσκεαι, vid. ad Od. LIV. 4 et 10., δέ μ' οὐδὲν εἰδέναι σοφόν; et autumas me nihil sani, probi scire, generaliore elocutione pro: me esse ignarum et rudem rei Venereae? – v. 5 – 12. Sensus horum vv. est, omissa imagine: mihi vero crede, bene, scienter te inierim [cur non, obscenitate remota: te domabo et mansuetam reddam? F. I.]. ἐμβάλοιμι – στρέφοιμι, tibi frenum iniecerim, et tenens lora te circa metas curriculi versem, vid. ad Od. L. 2 et 4. – ἡνίας δ' ἔχων, pro simplici ἡνίαις, σὺν ἡνίαις, vid. Rost. gr. Gr. §. 130. 4. not. 5 (2). – v. 9. λειμῶνας βόσκεαι, per prata pasceris, nam accusativus hic de loco accipiendus, vid. Rost. gr. Gr. §. 104. 7. not. 13 (6). Sic Theocr. XIII. 66. ἀλώμενος – ὤρεα καὶ δρυμώς. – v. 10. κοῦφα, i. q. κούφως, proterve. – σκιρτῶσα παίζεις, exsultim ludis, Horat. Od. III. 11, 9. Sensus est: libera es et ferox. Comparat Fisch. Himer. Orat. I. 19. χορεύειν κοῦφα σκιρτῶσα πρὸς μέλος. [Plura collegi in Anim. ad Anth. I. 1. p. 424. F. I.]. – v. 11 et 13. Sensus: non habes, qui bene te recteque ineat, nondum es strenue domita, nam δεξιός est συνετός, ἀγαθός, Hesych., vid. Passov. Gr. Lexic. et Io. Henr. Voss. ad Virg. Id. I. 16., et ἱπποπείρης, equitandi peritus, ita ut haec duo adiectiva omnino de docto sessore, s. equi vectore usurpata sint, vid. ad Od. XXXVIII. 9. Ceterum conferas cum hoc Od. interprett. ad Horat. I. 23. et III. 11, 9 sqq., et Anacr. Fragm. μα' (4) ὦ παῖ παρθένιον βλέπων, δίζημαί σε, σὺ δ' οὐ κλύεις, οὐκ εἰδώς, ὅτι τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἡνιοχεύεις.

LIX. (ξϑ').

Εἰς Μύριλλαν.

Θεάων ἄνασσα, Κύπρι,
ἵμερε, κράτος χϑονίων,
γάμε, βιότοιο φύλαξ,
ὑμέας λόγοις λιγαίνω,
ὑμέας στίχοις κυδαίνω,
ἵμερον, γάμον, Παφίην.
δέρκεο τὴν νεᾶνιν, δέρκεο, κοῦρε.
ἔγρεο, μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα.
Στρατόκλεις, φίλος Κυϑήρης,
Στρατόκλεις, ἀνὴρ Μυρίλλης,
ἴδε τὴν φίλην γυναῖκα·

Od. LIX. Editum est hoc odarium ex Theodori Prodromi dialogo, qui inscribitur Ἀμάραντος ἢ Γέροντος ἔρωτες, ubi Stratocles quidam, lippus et rugosus senex, formosam in matrimonium ducit puellam, cuius splendidae celebrabantur nuptiae. Quum vero hic senex thalamum conscendere properaret, ecce, unus èx convivis, Chaerephon comicus exsurgit, dicens: τούτων μὲν ἅλις, ἐγὼ δέ τι τῆς Ἀνακρέοντος μούσης ὡς ἐγκατευναστικοῦ μοίριον ὑποτραγῳδήσω τῇ ἑορτῇ, καὶ ἅμα ἔλεγε· Θεάων κ. τ. λ., unde apparet hoc carmen ne a Prodromo quidem tribui Anacreonti, cf. Mehlh. et Fisch. Constat vero duobus strophis Anacreonteis, quas excipiunt choriambici dimetri hypercatalectici cum basi dactylica:

–́ᴗᴗ¦–́ᴗᴗ– –́ᴗᴗ–⏓

quibus chorus constare videtur. Sed vocales ᾱ, ῑ, ῡ, pro arbitrio aut producuntur, aut corripiuntur, qui mos regnat in recentissimorum quorumdam hominum poematibus, vid. Herm. El. metr. p. 487 – 490., Mehlh. Proll. p. 32. et ad h. od. p. 220., ac Struv. in commentariis menstruis, neue krit. Bibl. inscriptis III. 1823. n. 7. p. 637 sqq.

v. 2. κράτος χϑ., vid. Od. LVI. 4., ubi Cupido dicitur βροτοὺς δαμάζειν. De v. ἵμερ. cf. Od. XLIX. 26. – v. 3. βιότοιο φύλαξ, haud ingrata apostrophe, nam nuptiis tuetur ac propagatur hominum genus. – v. 4 et 5. λόγοι sunt carmina, ut Fragm. I. 33. et v. 5. στίχοι, qui proprie sunt lineae, ordines v. c. arborum, literarum cet., hinc versus et carmina, vid. me ad Cicer. Or. pro Arch. p. 10. 25. – λιγαίνειν est assa voce canere, vid. ad Od. XXXIX. 3. – v. 7 – 8. δέρκεο, ὅρα, βλέπε, et ἔγρεο, ἀνίστασο, est exhortantium, ne virgo nupta seni elabatur, quam sententiam metaphora a venatoribus petita exprimit, ne te fugiat perdicis captura, nam perdix est avis callida et domitu difficilis, cf. Athen. IX. p. 436. T. III. Schweigh. Ceterum Stratocles κοῦρε vocatur, quia erat sponsus, vid. Pass. Gr. Lexic. – v. 9 et 10. φίλος – ἀνήρ, vid. ad Od. XLIII. 16 et 17, γη-

κομάει, τέθηλε, λάμπει·
ῥόδον ἀνθέων ἀνάσσει·
ῥόδον ἐν κόραις Μύριλλα.
ἥλιος τὰ σέθεν δέμνια φαίνοι.
κυπάριττος πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ.

LX.

Ἀπό μοι θανεῖν γένοιτ᾽· οὐ γὰρ ἂν ἄλλη
λύσις ἐκ πόνων γένοιτ᾽ οὐδαμὰ τῶνδε.

LXI.

Φέρ᾽ ὕδωρ, φέρ᾽ οἶνον, ὦ παῖ,
φέρε δ᾽ ἀνθεμεῦντας ἡμῖν

Od. LIX. v. 15 et 16. Pro *φαίνοι* et *πεφύκοι σεῦ* Mehlh. in ordinem recepit *φαίνει*, *πέφυκεν* et *σῷ*. Cf. explicat. Equidem Boissonad. et Herm. sequendum putavi.

γενής – *ἀπαθής*. – v. 12. *κομάει*, *τέθηλε*, viget, floret, metaphora a flore arborum ducta, h. e. matura viro est, vid. Buttm. gr. Gr. §. 123. 5. – *λάμπει*, splendet, i. e. valde est venusta, nam utrumque verbum in utraque lingua sic metaphorice adhibetur. – v. 13. *ἀνάσσει*, ut rosa est flos omnium pulcherrimus, ita Myrilla est puella omnium pulcherrima. – v. 15 – 16. Vellem sensus horum vers. esset hic: Utinam sol cubile tuum illustret, cupressusque tuo in horto crescat, i. e. utinam semper felix sis et ad longaevam vitam pervenias! Sed absque dubio obsconus sensus his verbis subest: Cubes in amplexibus usque ad ortum solis, inexhaustis viribus, nam *κῆπος* videtur esse pars Myrillae pudibunda, et *κυπάριττος* (qui pes est anapaestus pro basi dactylica) *τὸ αἰδοῖον*. Cf. Fisch. et Drexel. Anacr. Lieder. p. 36 sqq.

Od. LX. Servavit hos versiculos, qui sunt Glyconei et Pherecratei, Hephaest. p. 69.

v. 1 – 2. *ἀπό μοι θανεῖν*, per tmesin pro *ἀποθανεῖν μοι γένοιτο*, utinam moriar, mori mihi contingat. Verba ita iunge, *οὐ γὰρ οὐδαμά*, i. e. *οὐδαμῶς ἂν ἄλλη λύσ. ἐκ τῶνδε πόνων γένοιτο*, etenim non ullo alio modo hisce malis, quibus premor, liberer. Vid. Rost. gr. Gr. §. 135. 6. Buttm. gr. Gr. §. 135. 6.

Od. LXI. Vid. Athen. XI. 4. Da mihi, puer, vinum, ut amem.

v. 1 – 4. *φέρ᾽ ὕδ.*, *φέρ᾽ οἶνον*, vid. Od. LV. 3 sq. XXXVI. 10. Athen. l. l. huius etiam odarii auctoritate docere voluit prius aquam, deinde vinum in pocula esse infusum, cf. Fisch. – *ἀνθε-*

στεφάνους· ἔνεικον, ὡς μὴ
πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω.

LXII.

Ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων
στεφανίσκους θέμενοι, νῦν
θάλειαν ἑορτὴν
ἀγάγωμεν Διονύσῳ.

μεῦντας στεφ., serta florea, vid. ad Od. LII. 6. – πυκταλίζω, est primum pugillor; deinde omnino idem, quod μάχομαι, dimico, pugno. Timet enim poeta pugnam cum Amore.

Od. LXII. Vid. Athen. XV. 16. Cf. Herm. El. metr. p. 486., qui hoc fragmentum ita putabat esse scribendum:

ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων
στεφανίσκους . . . .
θέμενοι, θάλειαν ὀρτὴν
ἀγάγωμεν Διονύσῳ.

v. 1 – 4. ἐπὶ δ' ὀφρ. θέμενοι idem, quod ἐπιθέμενοι δ' ὀφρύσιν, et ita elatum, quasi dixisset στεφάνους κροτάφοισι συναρμόσαντες, vid. Od. VI. 1 et 2. V. 4. – στεφανίσκους σελίνων, coronas ex apio nexas, vid. ad Od. XLII. 5. στεφανίσκους ὑακίνθων, vid. Buttm. gr. Gr. §. 119. 3. Sed apio implectebantur etiam rosae, vid. Theocr. Id. III. 23. et praesertim Io. Henr. Voss. ad Virg. Id. VI. 68. p. 324. Cf. interprett. ad Horat. Od. I. 36, 15. II. 7, 24. – θάλειαν ἑορτήν, vid. ad Od. LI. 17., laetum festum in Dionysii honorem celebremus.

ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΕΙΑ.

LXIII. (α').

ΒΑΣΙΛΙΟΥ.

Ἀνακρέων ἰδών με,
ὁ Τήϊος μελῳδός,
ὄναρ λέγων προσεῖπεν.
κἀγὼ δραμὼν πρὸς αὐτὸν
περιπλάκην φιλήσας.
γέρων μὲν ἦν, καλὸς δέ,
καλός τε καὶ φίλευνος.
τὸ χεῖλος ὦζεν οἴνου·
τρέμοντα δ' αὐτὸν ἤδη

Od. LXIII. Anacreontem hoc carmen non fecisse res ipsa loquitur. Codex Vat. illud tribuit Basilio, ignorato poetae. Etenim licet ipsi odario in Cod. titulus non videatur esse praefixus, quum neque Spalett. neque Levesq. exhibeant titulum; tamen, quum sequens od. inscriptum sit τοῦ αὐτοῦ Βασιλίου, nostrum carmen ab eodem auctore profectum esse facile concluseris, quanquam res nunquam ad liquidum perduci poterit, cf. Mehlh. p. 37.

v. 2 sq. μελῳδός, vates lyricus, vid. Fisch. – ὄναρ, quod adverbii loco dictum, vid. ad Od. XLIV. 1., cohaeret cum ἰδών με, qui me viderat, quum essem in somniis, et προσεῖπεν, compellavit, λέγων, tanquam talis, qui quasi loqueretur, quem quasi per quietem loquentem audirem, cf. Fisch. et Mehlh. – v. 5. περιπλάκην φιλήσας, pro φιλήσας περιεπλάκην αὐτῷ, deosculans eum amplexus, complexus sum, etenim augmentum more epicorum est omissum, vid. Mehlh. prolegg. §. 7., et verb. ipsum absolute positum, vid. Pind. Ol. IX. 87. Heyn. τὰν παῖδ' – ἀναρπάσας μίχθη, scil. αὐτῇ. – v. 7. φίλευνος, amori deditus, libidinosus. – v. 8. ὦζεν οἴνου, redolebat vinum, vid. V. 13. et IX. 5. ac Rost. gr. Gr. §. 108. 6. not. 21. (12). Matth. gr. Gr. §. 362. – v. 9. τρέμοντα, i. q. τρομερόν, Od. L. 12., nam poeta ob senectutem τρέμων est

Ἔρως ἐχειραγώγει.
ὁ δ' ἑξελὼν καρήνου
ἐμοὶ στέφος δίδωσι·
τὸ δ' ὦζ' Ἀνακρέοντος.
ἐγὼ δ' ὁ μωρὸς ἄρας
ἐδησάμην μετώπῳ·
καὶ δῆθεν ἄχρι καὶ νῦν
ἔρωτος οὐ πέπαυμαι.

LXIV. (β').

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δότε μοι λύρην Ὁμήρου,
φονίης ἄνευθε χορδῆς·
φέρε μοι κύπελλα θεσμῶν,

cogitandus. – v. 11. ὁ δέ, vates Teius, coronam capite detrahit, semet ipsum Amori et Baccho non amplius satis aptum significans. Genitivus καρήνου pendet a praepositione ἐκ, quacum verbum coniunctum est. – v. 13. Corona non redolebat vinum, sed varios flores, quibus senex voluptarius sibi caput redimiverat voluptatemque, quam haec corona quasi exspirabat, in aliis excitabat, id quod v. 17. luculenter docet. Sic interpretanti hic locus non plane ineptus ingratusque videbitur. – v. 15. ἐδησάμην, accommodavi capiti, frontem cinxi. – v. 16. δῆθεν, » ἐντεῦθεν, Hesych. ab eo inde tempore, ab eo temporis puncto.« Fisch. Sed quum haec significatio non satis sit stabilita, quae ne in Eurip. Or. 1119. quidem huic particulae inest, vid. Schneid. Lexic., eam per scilicet reddere velim, quod saepe hanc vim habet, ut quasi per ironiam ad id, quod sequitur, lectorem attentum faciat. [Fort. legendum: κἀντεῦθεν ἄχρι. F. I.].

Od. LXIV. Hoc odarion, quo poeta cantu et poculis choreisque sese delectari testatur, in margine Cod. Vat. eidem tribuitur Basilio, his verbis adscriptis: τοῦ αὐτοῦ Βασιλίου.

v. 1. δότε μοι – φέρε μοι, qui transitus a plurali ad singularem non debet offendere, nam illo cohortatur poeta omnes pueros, hoc tantum pocillatorem et ministratorem, vid. Fisch. – v. 2. φονίης ἄνευθε χορδῆς, pro ἄνευ φονίων χορδῶν, sine chordis cruentis, i. e. talibus, ad quas mors heroum soleat cantari, nam ad lyram etiam canebantur heroum laudes ac bella, vid. Od. I. et Hom. Il. IX. 189., et pro materia carminis aliae chordae, alii nervi intendebantur, Od. I. 5. Vult igitur poeta sibi tradi lyram Homericam, non ad heroas celebrandos, sed ut carmen lyricum canat. – v. 3. κύπελλα θεσμῶν, i. q. κύπελλα θέσμια, leges certae, quae datae a magistro convivii ponebantur in poculis (der Trinkgesetze Becher), v. c. quot partibus aquae quot partes vini deberent admisceri, quot pocula

φέρε μοι, νόμους κεράσσω,
μεθύων ὅπως χορεύσω,
ὑπὸ σώφρονος δὲ λύσσης
μετὰ βαρβίτων ἀείδων
τὸ παροίνιον βοήσω.
Δότε μοι λύρην Ὁμήρου,
φονίης ἄνευθε χορδῆς.

LXV. (κδ' *).

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρὸς ζωγράφον.

Ἄγε, ζωγράφων ἄριστε,
λυρικῆς ἄκουε Μούσης,

Od. LXIV. v. 9-10. Postremos duos versus cum Boissonad. ac Mehlh. addidi tanquam ex initio odarii repetitos. Nam haec est Vaticana lectio, quam cum Steph. neglexerunt editt.

essent ebibenda, vid. Fisch. et ad Od. XV. 12. Hinc statim addit φέρε μοι, νόμους κεράσσω, metri causa pro κεράσω, sc. συμποτικούς, qua βραχυλογίᾳ utitur poeta pro οἶνον κατὰ τοὺς νόμους συμποτικ. κεράσω, vinum tot partibus aquae miscebo, quot leges compotationis iubent, i. e. legitime miscebo. Pauw. post νόμους interpungi volebat, quod placuit Mehlhornio. - v. 5. μεθύων χορ., vid. ad Od. VI. 3. et V. 16.- v. 6. λύσσα σώφρων est modica insania, temperata, de hilaritate vino concitata, vid. Od. LV. 9. - v. 7. μετὰ βαρβίτων, ad lyram. - v. 8. τὸ παροίνιον, scil. ᾆσμα, μέλος, quod proprie vocatur σκολιόν, vid. Ilgen. de Scol. poes. p. LXXXV. sqq., carmen inter pocula cantatum. - βοήσω, alta voce, ut solent vino exhilarati, canam, vid. XXXIII. 10.

Od. LXV. In Cod. Vat. hoc misellum carmen, quod est imitatio carminis XXVIII., subiunctum est odario superiori, ut unum, nullo addito titulo, quam ob causam Brunck. illud τοῦ αὐτοῦ inscripsit, quasi eidem Basilio antiquitus adscriptum sit. Mehlh. vestigia Cod. Vat. legens ita hoc fragmentum concinnavit, ut tradita scriptura possit dignosci, nam vers. 6 et 8. versui 2. postposuit, spatio post v. 4 et 5. relicto, quod duos versiculos capiat. Ceterum ne in hoc carmine mutilo, maximaque sui parte carente operam oleumque perderemus (nam Barnes. scripsit φιλοπαίγμονάς τε Βάκχας Ἑτεροπνόοις ἐν αὐλοῖς) illud ex Brunckii et Boissonadii emendatione describendum curavi. Cf. Fisch. et Mehlh.

v. 1-4. Sensus est: agedum, audi lyricae Musae et iocum amantia Bacchi

φιλοπαίγμονός τε Βάκχου
ἑτεροπνόους ἐναύλους.
γράφε τὰς πόλεις τὸ πρῶτον
ἱλαράς τε καὶ γελώσας·
ὁ δὲ κηρὸς εἰ δύναιτο,
γράφε καὶ νόμους φιλούντων.

LXVI. (ξϛ'). ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Στέφος πλέκων ποθ' εὗρον
ἐν τοῖς ῥόδοις Ἔρωτα,
καὶ τῶν πτερῶν κατασχὼν
ἐβάπτισ' εἰς τὸν οἶνον·
λαβὼν δ' ἔπιον αὐτόν·

tibias diversa sonantes, nam ἔναυλοι, voc. recens formatum, i. e. αὐλοί, dicebantur tibiae dextrae et sinistrae. Tibiae dextrae pauciora habebant foramina, et gravem sonum edebant, sinistrae autem plura, et acutum sonum emittebant. Si tibiae duae pluresve dextrae vel sinistrae inflarentur solae, αὐλοὶ dicebantur ὁμόπνοοι, ὁμόθροοι, i. e. pares, sin autem dextris ac sinistris simul caneretur, αὐλοὶ διδυμόθροοι, δίπτυχοι, ἑτερόπνοοι, i. e. impares, vocabantur, cf. Fisch. Forsitan poeta, quod Barnes. suspicatus est, ornatissimum locum Hom. Il. XVIII. 490-496. ob oculos habuit. Sed hic pariunt montes cet. - v. 7. Si per se fieri possit, ut in cera tale quid efficiatur, quod re vera pingi non potest, vid. Rost. gr. Gr. §. 121. 8. b. Thiersch. gr. Gr. §. 330. 4. Diversus est sensus Od. XXVIII. 8. ἂν δύνηται, quem locum noster imitatus est. - v. 8. νόμοι sunt vel modi musici, i. e. cantilenae amantium, vel mores, qui produnt amantes.

Od. LXVI. Lepidum hoc odarium, quod in Cod. Vat. falso Anacreonti adscriptum legitur, in Iacobs. Anth. P. II. p. 743. et Brunck. Analect. II. p. 493. insertum aliis Iuliani epigrammatis reperitur et a viris doctis Iuliano Aegyptio tribuitur. Cf. Fisch. et Mehlh., qui titulum praefixit ex Anthol. Planud. VII. p. 484.

v. 1. στέφος πλέκων, vid. Od. XXXIX. 14. - v. 3. τῶν πτερῶν κατασχών, Amorem tenens alis, vid. Rost. gr. Gr. §. 108. 2. d. Buttm. gr. Gr. §. 119. c. - v. 5. λαβὼν ἔπιον, conf. Od. XII. 4. et LVIII. 7. Syllaba πι aoristi, qui solus sensui convenit, more poetarum iuniorum producta esse videtur, licet Iulianus in ceteris carminibus antiquae prosodiae studiosus

καὶ νῦν ἔσω μελῶν μου
πτεροῖσι γαργαλίζει.

LXVII. (κ').

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἡδυμελὴς Ἀνακρέων,
ἡδυμελὴς δὲ Σαπφώ·
Πινδαρικὸν δέ τί μοι μέλος
4 συγκεράσας τις ἐγχέοι·
τὰ τρία ταῦτά μοι δοκεῖ
καὶ Διόνυσος ἐλθών,
καὶ Παφίη λιπαρόχροος,
8 καὐτὸς Ἔρως ἂν ἐκπιεῖν.

esset, cf. Iacobs. Anth. P. II. p. 743. – v. 6. ἔσω μελῶν μου, i. q. ἐν μέσῳ καρδίης μου, vid. Od. XIV. 16 et 20. μάχης ἔσω μ' ἐχούσης. – v. 7. πτεροῖσι γαργαλίζει, alis suis me titillat, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 97. Degenio hoc verbum a sono factum egregie titillantem parvarum alarum motum exprimere videbatur, cf. eiusd. Anacr. und Sapph. Lied. p. 368. ed. 2.

Od. LXVII. Hoc carmen, quod constat ex strophis logaoedicis, primus, uti videtur, ex Cod. Vat. edidit Fisch. Laudat autem poeta huius scolii Anacreontis, Sapphus et Pindari carmina, quippe quae omnium maxime placeant avidissimeque audiantur. Cf. Herm. El. metr. p. 480. et Mehlh. p. 93.

v. 3 – 4. »ἐγχέειν μέλος eleganter dicitur carmen canere, ut Fragm. I. 32. προπίνειν φιάλην λόγων. Sed qui carmen, quod canitur, auribus avidissimis et libentissimis accipit, is v. 8. illud ἐκπιεῖν aeque eleganter dicitur. συγκεράσας additum est, quia homo cani sibi vult carmen aliquod Pindari et Sapphus et Anacreontis: quo v. 5. pertinent verba τὰ τρία ταῦτα.« Fisch. Quae sententia Herm. emendationem δέ τί μοι, receptam a Mehlh., probat. Boissonad. lectionem Vat. τόδε μοι non retinere debuit. De hoc usu verbi πίνειν Mehlh. conferri iussit Iacobs. ad Anth. P. p. 96. et Indicem s. h. v. – v. 5 – 8. Sensus est: Tale carmen a Baccho et Venere et Cupidine libentissime audietur, i. e. a talibus convivis, qui hisce diis litant. Videtur igitur poeta optasse, ut carmen de Dionyso, Venere et Cupidine caneretur. – λιπαρόχροος, vid. ad Od. LI. 22. ῥοδόχρους. Ceterum recte pro εἰςελθών, numeri ratione habita, Herm. ἐλθών scripsit, et κἂν, quod Fisch. vel, adeo, interpretatus est, in ἂν mutavit, quam utramque emendationem amplexi sunt Boissonad. ac Mehlh. p. 95.

LXVIII. (ξγ′).

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ.

Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.

Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη
ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη,
στυγνὰν ἔχοντα χαίταν,
ὠχρὰν τε τὰν παρειάν,
ἄγειν τὸν ὗν πρὸς αὐτὰν
ἔταξε τὼς Ἔρωτας.
οἱ δ' εὐθέως ποτανοὶ
πᾶσαν δραμόντες ὕλαν
στυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον,
δῆσάν τε κἀπέδησαν.

Od. LXVIII. Hoc carmen, haud dubie propterea, quod dialecto Dorica compositum est, Theocrito tributum, equidem non in perfectissimis et gratissimis poeseos levioris monumentis numeraverim, ut nonnulli venatores antiquitatis elegantiarum faciunt, qui ubivis laudant, admirantur, ubi nihil laudandum, admirandum. Argumentum odarii, quod ex editione Gothana anno 1821 vulgata dedi, est hoc: »Adonide interfecto, quum Venus aprum, huius facinoris auctorem, adduci iussisset, ille crimen diluere conatur, se pulchri pueri amore captum femora eius osculari voluisse dicens. Deinde se Veneri offert, ut poenas commissi sceleris a se sumat. Dea misericordia commota vincula solvi iubet; ex quo tempore Venerem ultro sequitur.« Illud Fabro ex ea consuetudine petitum esse videbatur, qua apri aliaeque id genus ferae, domestico usu mansuefactae, ducebantur in pompis deorum, ut eo praesentior illorum vis ostenderetur et potentia.

v. 1. *Ἄδωνις*, Cinyrae, regis Assyriae, filius, ob eximiam, qua gaudebat, pulchritudinem a Venere adamatus, sed ictu apri in femore percussus, tristi fato perfunctus est, vid. Od. XXIX. 28. De ritibus festorum in eius honorem a mulieribus institutorum vid. interprett. ad Theocr. Id. XV. et praesertim Manso ad Bion. Id. I. p. 143 - 147. ed. II. Dorismi, qui in hoc odario occurrunt, sunt hi: v. 3. *στυγνὰν χαίταν* pro *στυγνὴν χαίτην*. v. 5. *αὐτὰν* pro *αὐτὴν* s. *ἑαυτήν*. v. 6. *τὼς* pro *τούς*. v. 7. *ποτανοὶ* pro *ποτηνοί*. v. 8. *ὕλαν* pro *ὕλην*. v. 20 et 24. *μευ* pro *μου*. v. 23. *αὐτὰν* pro *αὐτήν*. v. 25. *τώςδε τὼς κυναγὼς* pro *τούςδε τοὺς κυναγούς*. v. 26. *σευ* pro *σου*. v. 31. *ἐμαινόμαν*, pro *ἐμαινόμην*. v. 35 et 36. *περισσῶς*, *ἐρωτικῶς*, pro *περισσούς*, *ἐρωτικούς*. v. 43. *τῶδ'* pro *τοῦδ'*. - v. 5-6. Verba sic iunge: *ἔταξε τοὺς Ἔρ. ἄγ.*, Amores agere iussit, nam *ἔταξε* absolute est positum. - v. 8. *δραμόντες ὕλαν*, percurrentes silvam, vid. ad Od. XXXV. 9. - v. 10. *κἀπέδησαν*, et iterum ligaverunt, i. e. omnem operam adhibuerunt, ut recte et firmiter cum

χὠ μὲν βρόχῳ καθάψας
ἔσυρεν αἰχμάλωτον·
ὁ δ' ἐξόπισθ' ἐλαύνων
ἔτυπτε τοῖσι τόξοις.
ὁ θὴρ δ' ἔβαινε δειλῶς·
φοβεῖτο γὰρ Κυθήρην.
τῷ δ' εἶπεν Ἀφροδίτα·
πάντων κάκιστε θηρῶν,
σὺ τόνδε μηρὸν ἔψω;
σύ μευ τὸν ἄνδρ' ἔτυψας;
ὁ θὴρ δ' ἔλεξεν ὧδε·
ὄμνυμί σοι, Κυθήρη,
αὐτάν σε, καὶ τὸν ἄνδρα,
καὶ ταῦτά μευ τὰ δεσμά,
καὶ τώςδε τὼς κυναγώς,
τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σευ
οὐκ ἤθελον πατάξαι·
ἀλλ' ὡς ἄγαλμ' ἐςεῖδον,
καί, μὴ φέρων τὸ καῦμα,
γυμνὸν τὸν εἶχε μηρὸν
ἐμαινόμαν φιλᾶσαι·
καί μευ σίναζε κραντήρ.
τούτους λαβοῦσα, Κύπρι,

Od. LXVIII. v. 32. Lectionem receptam Salmas. ex Cod. Pal. primus protulit, quem, ut antiquiores editt. praeteream, secuti sunt Fr. Iacobs., Kiessl. et Mehlh. Io. Aug. Iacobs. *καί*

vinculis adstringerent. – v. 11 et 13. *χὠ μέν – ὁ δέ*, alter – alter, conf. Od. XXXI. 5. et XLIII. 7. – *ἔσυρεν*, trahebat, est verb. hac in re proprium, ut Fisch. observavit. – v. 22. *ὄμνυμί σοι – αὐτάν σε* cet., vid. ad Od. XXXI. 1. – v. 23 et 26. *ἄνδρα*, i. e. *ἐρώμενον*, amatorem. Sic vir apud Terent. Andr. III. 1, 2. – v. 28. *ὡς ἄγαλμ'*, sc. *αὐτόν*, sed eum tanquam simulacrum adspexi, ita ut in admirationem et stuporem abriperer, nam quum *ἄγαλμα* sit quodcunque in suo genere praestantissimum, vid. Ruhnk. ad Tim. p. 4., id saepius in comparanda summa pulchritudine usurpatum est. Mehlh. apposite comparavit Eurip. Hec. 564. *μαστούς τ' ἔδειξε, στέρνα θ' ὡς ἀγάλματος*, et Plat. Charm. p. 154. D. *ἀλλὰ πάντες ὥςπερ ἄγαλμα ἐθεῶντο αὐτόν*. – v. 29. *τὸ καῦμα*, aestus amoris, vid. Od. XXI. 3. 8. Aper prae aestu amoris sui non erat po-

τούτους κόλαζε, τέμνε·
τί γὰρ φέρω περισσῶς
ἐρωτικῶς ὀδόντας;
αἰ δ' οὐχί σοι τάδ' ἀρκεῖ,
καὶ ταῦτ' ἐμεῦ τὰ χείλη.
τί γὰρ φιλεῖν ἐτόλμων;
τὸν δ' ἠλέησε Κύπρις,
εἶπέν τε τοῖς Ἔρωσι
τὰ δεσμά οἱ 'πιλῦσαι.
ἐκ τῶδ' ἐπηκολούθει,
κἀς ὕλαν οὐκ ἔβαινε·
καὶ τῷ πυρὶ προσελθὼν
ἔκαιε τὼς ἔρωτας.

μεν κατεσίναζε retinuit. – v. 39. Subministravit hunc versiculum Cod. Vat., desideratum in vetustioribus editt. – v. 44. χὔλαν ἔτ' οὐκ ἔβαινεν coniecit Herm. El. metr. p. 476., allato de partic. ἔτ' οὐκ Sophocl. Trach. 161. Philoct. 1217, et ab Mehlh. laudato Reisig. ad Oed. Col. p. 381. Sed quum posset etiam scriptum esse κἄβαινεν οὐκ ἰθ' ὕλαν vel οὐκ ἐς ὕλαν, nihil mutavit Mehlh. Mihi quidem lectio recepta nihil difficultatis habere videtur, vid. Matth. gr. Gr. §. 54. p. 121. ed. II. – v. 45. – 46. In vetere quodam cod. duos postremos versus deesse testatur Kiessl. – v. 46. Alii ἔκλαιε, in quibus Scalig., hoc sensu: suorum Amorum miserias deplorabat. Pro Ἔρωτας Valcken. scripsit in priore edit. ἐρῶντας, secutus Dorvill. ad Charit. p. 462. ed. Lips., quam coniecturam cum Martino et Luzacio probat in posteriore editione, recte tamen lectione vulgata servata. Ceteras lectiones et coniecturas enotare nolui; qui eas cognoscere velit, is adeat Kiessl., Io. Aug. Iacobs. et Mehlh. p. 214 sqq.

tens. – v. 43. ἐκ τῶδ', pro ἐκ τοῦδε τοῦ χρόνου. – v. 45. τὸ πῦρ est vel rogus, ubi simulacrum Adonidis in festis supra memoratis comburebatur, vel ara, ut Harles. putabat, Veneri dicata, in qua ignis lucebat, ubi aper exurebat suos amores, ἔρωτας, i. e. ἐρωτικοὺς ὀδόντας, nam qua parte quis peccat, eadem censebatur esse puniendus, cf. Martin. ad Dorv. Charit. p. 462. ed. Lips. Fuerunt etiam qui censerent aprum sese totum proiecisse in ignes, vid. Kiessl. et praesertim Mehlh. p. 217.

ΣΑΠΦΟΥΣ ΩΙΔΑΙ.

I.
ΕΙΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ.

Ποικιλόθρον', ἀθάνατ' Ἀφροδῖτα,
παῖ Διὸς δολοπλόκε, λίσσομαί σε,

Od. I. v. 1. *ποικιλόφρον* pro *ποικιλόθρον'* primi Ursin. et Is. Vossius ex codicibus protulerunt probavitque Blomfield., nam huic lectioni mihi haud subesse videtur vitium *ταυτολογίας*, ut cum Baxt. et A. Schneid. putarunt Volg. et Egerton., quum hoc vocabulum varias cogitationes rationesque, quibus quis ex aliqua re sese expedire cupiat, *δολοπλόκε* autem dolos tantum, quos nectunt amantes, significet. Huc accedit, quod Aeolia puella infinitam deae potentiam mente sua anticipans, eius tantum opem implorat eique supplicat, ut se desiderii et amoris doloribus liberet. Cf. meum libellum: Sappho's Oden inscriptum, p. 28. –

Od. I. Argumentum: Aeolia vates, desiderio amoris incensa, sed amore mutuo frustrata, implorat Venerem, ut propitia sibi auxilium ferat personamque adamatam, ipsius amorem aversantem, eiusdem amoris facibus incendat. Quae quo praesentius eius malis et doloribus medeatur, precibus eam, ut ad se veniat, vocat; atque ita, quod deam antea quoque saepius opis ferendae causa advenisse, vectam curru passeribus iuncto, memorat, commissos fidibus calores revivìscere et quasi incalescere iussit. Quum igitur dea prioribus precibus vocata praesens auxilium non denegaverit, poetria, fortunam nunc quoque votis suis responsuram praedivinans, abscissum v. 5. orationis filum v. 25. pertexit, atque mutatis verbis opem liberationemque malorum suorum exorat. Metrum a poetria inventum est hoc:

–́ ⏑ – ⏑̆ | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ (ter)
–́ ⏑ ⏑ – ⏑̆.

Cf. Herm. El. metr. p. 641.

v. 1. *ποικιλόθρον'*, exornabantur throni vario modo ebore, auro, aere. Cf. hymn. Homeric. in Ven. 218. *χρυσόθρονος Ἠώς*. Pind. Isthm. II. 8. *Ἀφροδῖτα εὔθρονος*. De epithetorum in hymnis cumulatione vid. Spanh. ad Callim. hymn. in Dian. 7. – v. 2. *παῖ Διός*. Sequitur poetria fabulam, qua Venus dicitur Iovis et Diones filia, vid. Hom. Il. V. 428. et 370 – 372. – *δολοπλόκε*, i. q. *δολόμητι*, quae proprio munere *ἐξαπάτας* sortita est, cf.

μή μ' ἄσαισι, μηδ' ἀνίαισι δάμνα,
πότνια, θῦμον·
ἀλλὰ τυίδ' ἔλθ', αἴ ποκα κἀτέρωτα
τᾶς ἐμᾶς αὔδας ἀΐοισα πόλλυ
ἔκλυες, πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα,
χρύσεον ἦλθες
ἄρμ' ὑποζεύξασα, κάλοι δέ σ' ἆγον
ὤκεες στροῦθοι, περὶ γᾶς μελαίνας

v. 3. Recepit Blomfield. ὀνίαισιν, quia Alcaeus forma Aeolica ὀνίαις pro ἀνίαις usus erat, vid. Apollon. Dyscol. p. 381. ed. Bekker. et Koen. ad Maitt. de dialect. linguae Graec. p. 283. ed. Sturz. – v. 6. Recepit Herm. ἀΐοισ' ἄπωτα, (El. metr. p. 678) addens: »Quod v. 6. posuerunt πόλλυ usui, πολλᾶς autem linguae legibus repugnat, sensui neutrum aptum est. Mihi in ἄποτ videbatur ἄπωτα, i. e. ἄπωθεν, latere.« Vellem, egregia haec coniectura, et sententiae huius loci, et pulchri sensui apprime conveniens, stabiliretur auctoritate veterum scriptorum; etenim vix fieri potuisse videtur, ut ex ἀπωτάτω, s. ἀπώτατα haec forma contracta sit. – v. 9. ὑποσδεύκσασα Blomfield., ut Aeolicam dialectum restitueret. Ego olim recepi ὑποσδεύξασα. Forsan legendum ὑποσδεύξαισα, ut v. 14. μειδιάσαισ', quum etiam Alcaeus κιρναίς et Sappho δρέψαισα habeat apud Athen. T. VIII. p. 74. ed. Schweigh. Vid. Maittair. de diall. p. 315. ed. St. – v. 10 – 12. Nostram lectionem praeter Brunck. receperunt Iacobs. et Herm. Cf. meam not. citati lib. p. 33. et Egert. p. 18. Vulgo πτέρυγας μελαίνας Πύκνα δινῦντες πτέρ', vel δινεύοντες s. δι-

Hesiod. Theog. 205. Cf. hymn. Hom. in Ven. et interprett. ad Horat. Od. II. 8, 13. – v. 3. δάμνα, metaphorice de animo, ne me aerumnis doloribusve onera, nam ἄση est aerumna, moeror, quem quis e satietate rei capit, ἀνία autem dolor, sollicitudo, quae animum deprimit ac frangit. – μὲ – θῦμον, vid. Rost. gr. Gr. §. 104. 6. Thiersch. gr. Gr. §. 273. c. θῦμον positum est pro θυμόν, more Aeolum, qui in oxytonis bisyllabis accentum retrahere solent, sicuti in κάλοι, στροῦθοι, πύκνα et πτέρα. – v. 5. τυίδε vel τυΐδε pro τῇδε, ὧδε, huc, i. e. ad me. – αἴ ποκα pro εἴποτε. – κἀτέρωτα pro καὶ ἑτερῶθε i. e. καὶ ἄλλοτε, si quando alias, meam vocem saepe audiens, exaudisti, mihi auscultasti, nam πόλλυ pro πολύ, duplicata litera λ, ut in θέλλω pro θέλω, μέλλος pro μέλος, ὀῤῥάνω pro ὀράνω, i. e. οὐρανοῦ, σελλάνα pro σελήνα, et accentu retracto, vid. ad v. 4., est h. l. idem, quod πολλάκις, et ἀΐειν ac κλύειν ita differre videntur, ut prius simpliciter sit audire, posterius iis, quae quis audierit, morem gerere. Cf. Iacobs. et Lanzi ad Hesiod. Ἔργ. 9. p. 154. – v. 7 – 9. ἦλθες χρύσεον ἄρμ' ὑποζεύξασα, pro ἐν χρυσέῳ ἅρματι ὑπεζευγμένῳ, sed poetria actionem deae oculis quasi obiicit, vid. ad Anacreont. Od. XVIII. 5. et ad Od. XIV. 6. – v. 9 – 10. κάλοι – ὤκεες στροῦθοι, vid. ad Anacreont. Od. XXXVIII. 9. Passeres propter

πύκνα δινεῦντες πτέρ' ἀπ' ὀῤῥάνω, αἰθέ-
ρος διὰ μέσσω·
αἶψα δ' ἐξίκοντο· τὺ δ', ὦ μάκαιρα,
μειδιάσασ' ἀθανάτῳ προσώπῳ,
ἤρε', ὅ ττι δ' ἦν, τὸ πέπονθα, κὤττι
δή σε κάλημι,
κὤττι ἐμῷ μάλιστ' ἐθέλω γενέσθαι
μαινόλᾳ θύμῳ, τίνα δ' αὖτε πείθω

νέοντες, omisso πτέρ'. – v. 15. Herm. El. metr. κὤττι δ' Ἦν, τὸ κάλημι. Equidem lectionem recepi, quam Iacobs. tacite probavit in libro, qui inscriptus est; Poetische Blumenlese, p. 221. Egert. p. 18. Δήν τε κάλημμι. – v. 17. Hunc versum depravatum esse iudicabat Boeckh., quem vide in lib., cui titulus: über die Vermasse des Pindaros, p. 209. et ad Pind. Opera T. I. P. II. p. 313. Herm. κὤττι ἐμῷ. Aliter alii, cf.

lasciviam et fecunditatem Veneri erant sacri, teste Eustathio ad Hom. Il. II. p. 428. – περὶ γᾶς μελαίνας, circa, prope terram nigram, vid. Hom. Od. V. 68. τετάνυστο περὶ σπείους γλαφυροῖο ἡμερὶς ἡβώωσα. Forma loquendi γῆ μέλαινα debetur simplicitati Homericae, vid. Fisch. ad Anacreont. XIX. 1., et inde ad seriores poetas transiit, vid. Pind. Ol. IX. 75. ed. Heyn. λέγοντι μὰν χθόνα μὲν κατακλύσαι μέλαιναν ὕδατος σθένος. Sed graphice coelum splendens et nigra terra sibi opponuntur, supra quam passeres crebras pennas vibrantes quasi intuemur. Hom. Il. XI. 454. οἰωνοί – περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες, et Virg. Georg. I. 382. corvorum increpuit densis exercitus alis., qui loci de crebro alarum ictu intelligendi sunt. – v. 11. ὠῤῥάνω αἰθέρος pro οὐρανοῦ αἰθ.. quorum vocc. syllabae ω et αι in unam coalescunt, quales crases apud Homerum, Pindarum, alios saepe inveniuntur, cf. Herm. El. metr. p. 678. – v. 13. αἶψα δ' ἐξίκοντο fortius dictum, ac si poetria dixisset αἶψα δ' ἵκοντο, conf. Anacr. Od. XIII. 4. – τὺ δ', ὦ μάκ. μειδιάσασ' ἀθ. προσώπῳ, tu vero, o beata, subridens immortali vultu. – v. 15. ἤρε', pro ἤρεο, i. q. ἤρου, ὅ ττι δ' ἦν, rogabas, quid tandem esset, quod passa fuissem, nam particula δέ vis quaedam additur pronominibus interrogativis, et τὸ πέπονθα idem est, quod τοῦτο, ὃ πέπονθα. – v. 16. κὤττι δή pro καὶ διὰ τί δή σε κάλημι pro καλέω, vid. Buttm. gr. Gr. max. p. 505., et quare te precibus vocem, vid. Rost. gr. Gr. 122. 6. Matth. §. 507, 3. Thiersch. §. 353. – v. 17. κὤττι ἐμῷ. Synecphonesis s. Synizesis est hoc v., cf. ad v. 11. – μαινόλᾳ θύμῳ, i. e. μανικῷ, μαινομένῳ θύμῳ pro ἐμοὶ μαινομένῃ, et quidnam meo maxime velim fieri lymphatico, insanienti animo, i. e. amoris stimulis percusso, agitato. – v. 18 et 19. Hic poetria intimo sensu commota a prima persona ad secundam pronominis personam transit deamque, cuius verba antea narrando retulerat, ipsam loquentem partesque consolantis

τὶν σαγήνεσσαν φιλότατα· τίς σ', ὦ
Σαπφοῖ, ἀδικκῆ;
καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει·
αἰ δὲ δῶρα μὴ δέκετ', ἀλλὰ δώσει·
αἰ δὲ μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλάσει
κοὐκ ἐθέλοισαν.

Egert. p. 20. – v. 19. κασσαγηνεῦσαι Herm. τὶν σαγήνεσσαν Iacobs, quod recipiendum putavi. Ceteras coniecturas nil curo, vid. Egert. p. 20. et meam not. p. 36. Digna tamen est, quae enotetur, Bothii coniectura, τίνα δ' αὐτ'. ἀπειθῆ τοι σαγηνεύσω φιλότατα, et Fabri πείθω, καὶ σαγήνευσ' ἂν φιλότητα. – v. 20. Iacobs. secutus sum, ἀδικκῆ legentem pro ἀδικεῖ, de qua forma Aeolica vid. decretum Spartanorum contra Timoth. in Maittair. de Diall. p. 284. ed. St. Olim in programmate aliquo τίς ὦ Σαπ – Φοῖ ἀδικῆ τε suspicatus sum, quod recepit van Reen. Sed rectius forsan Blomfield. Σάπφ' ἀδικήη pro ἀδικήει, auctoritate Etymol. p. 485. l. 41. nisus: οἱ Αἰολεῖς τὰ τῆς πρώτης συζυγίας διὰ τοῦ η προφέρουσιν, ἀδικήω, ποθήω., quam coniecturam amplexus est Herm. Ψάπφ', ἀδικήει scribens et cautum Gaisfordii iudicium ad Hephaest. p. 65. laudans. En eius verba: »Ψάπφε vocativum esse suspicor pro Ψαπφοῖ, ex eo genere nominum, quae apta appellatione ὑποκοριστικὰ a Graecis vocantur. Quarum formarum quum in omnibus linguis magna copia sit, pleraeque tamen intra familiaris sermonis cancellos retinentur: unde linguis exstinctis rara earum vestigia remanent.« – v. 24. Hanc emendationem elegantissimam Schaef. ad Dionys. Halicarn. de Composit. verbb. p. 364. communicavit, quam receperunt Iacobs. et Herm. in libris citatis.

suscipientem introducit. Sensus est: cuius amorem tibi vis conciliem? nam τίν positum est pro τοί, σοί, et σαγήνεσσα φιλότης est amor, qui irretit eum, cui, ut amet, persuadere vis, metaphora a piscatione petita, cf. praeter Ilgen. ad Scol. 27. p. 125. imprimis Iacobs. ad Gr. Anthol. I. p. 309., nam amoris voluptates »furtivis Veneris retibus« venari amantes finguntur. Vocabulum σαγήνεις deest in Lexicis, vid. Schaef. ad Gregor. de Diall. p. 600. – ἀδικκῆ, vid. notam criticam. – v. 22. αἰ δὲ – δέκετ' pro εἰ δὲ – δέχεται. Amantium est iis, quorum amore flagrant, dona mittere. Io. Henr. Voss. ad Virg. Id. II. 51 – 55. Boettig. Sabin. p. 190. 219. 342. et Amalth. III. p. 343 sqq. – ἀλλὰ δώσει, partic. adversativa post αἰ (εἰ) sententiam oppositi fortius effert. Asclepiad. in Anth. Gr. 162. εἰ δὲ τὸ τραῦμα μὴ σαφές, ἀλλ' ὁ πόνος δύεται εἰς ὄνυχα. Cf. Hom. Il. XXIV. 771. Od. XIV. 151. – v. 23. φιλεῖν h. l. non est amare, sed osculari, etenim notio amoris singularibus exemplis eorum, quae propria sunt amantium, declaratur. Ceterum nihil causae est, ut putemus φεύγειν verbum proprium esse de iis, qui amoris commercium subterfugiant. Cf. Theocr. Id. XI. 10. et Fisch. ad Anacr. Od. LXI.

ἔλθέ μοι καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον
ἐκ μεριμνᾶν, ὅσσα δέ μοι τελέσσαι
θῦμος ἱμέῤῥει, τέλεσον· τὺ δ᾽ αὐτὰ
28 σύμμαχος ἔσσο.

II.

ΠΡΟΣ ΓΥΝΑΙΚΑ ΕΡΩΜΕΝΗΝ.

Φαίνεταί Fοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
ἔμμεν ὠνὴρ, ὅςτις ἐναντίος τοι

Od. II. v. 1. *φαίνεταί Fοι.* Sic legisse videtur Apollon. Dysc. de pronom. quem vide p. 333. 338 et 366. ed. Bekk. in Mus. antiquitatis studiorum Vol. I. Fasc. II. Herm. et Egert. *φαίνεταί*

(LVIII.) 3. - v. 25. *ἔλθέ μοι καὶ νῦν*, scil. ut auxilium feras, vid. ad Anacr. Od. LVII. 4. - *χαλεπᾶν - ἐκ μεριμνᾶν*, i. e. *χαλεπῶν ἐκ μεριμνῶν*. - v. 27. *ἱμέῤῥει*, pro *ἱμείρει*, geminata litera ρ et diphthongo ει in ε mutata, cf. Maittair. de Diall. p. 197. ed. St. - v. 28. *σύμμαχος ἔσσο.* Euripid. Hippolyt. 522. *μόνον σύ μοι, δέσποινα ποντία Κύπρι, ξυνεργὸς εἴης.*, et 527. *Ἔρως, Ἔρως - εἰςάγων γλυκεῖαν ψυχαῖς χάριν, οἷς ἐπιστρατεύσῃ.* Cum militia enim res amoris comparatur. Vid. interpp. Horat. III. Od. 26, 1. IV. 1, 1.

Od. II. Argumentum: Poetria amore virginis amatae inflammata illum felicem praedicat, qui adversus eam sedere muliebremque eius venustatem admirari possit. Hanc generaliorem ideam duobus exemplis gratiae ac venustatis, quae consistunt in vocis suavitate et risus amabilitate, vividis coloribus effert. Deinde poetarum more plures cogitatione imagines fingit ac cumulat, quibus lyrica vi desiderium amoris depingit. Namque ignibus amoris accensae atque intimo animi sensu commotae fracta est lingua, tenuis sub cutem flamma dimanat, oculi nihil repraesentant, tinniunt aures, sudor gelidus toto corpore tremente destillat atque iam pallida mors appropinquasse videtur. Licet aliqua huius carminis dulcissimi pars videatur periisse, id tamen pro carmine consono atque partibus suis absoluto potest haberi. Quare initium quintae strophae, quoniam de eius sensu non constat, hic omittendum esse censui.

v. 1. *Φαίνεταί Fοι*, i. e. *οἱ*, *κῆνος* (*ἐκεῖνος*) - *ὠνὴρ* (*ὁ ἀνὴρ*) cet., diis similis videtur sibi ille vir, i. e. summa felicitate perfruitur, vid. ad Anacr. Od. XLIII. 18. Cf. interprett. ad Mus. v. 80 - 81. *οὐκ ἂν κατ᾽ Ὄλυμπον ἐφιμείρω θεὸς εἶναι, Ἡμετέρην παράκοιτιν ἔχων ἐνὶ δώμασιν Ἡρώ.* - v. 2 - 5. Sensus est: Quisquis tibi ex adverso sedet, teque dulciter loquentem et amabiliter ridentem in propin-

ἰσδάνει, καὶ πλασίον ἀδὺ φωνά-
σαί σ' ὑπακούει,
καὶ γελᾶϊς ἱμερόεν· τό μοι 'μὰν
καρδίαν ἐν στάθεσιν ἐπτόασεν.
ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέως με φωνᾶς
οὐδὲν ἔτ' ἴκει·
ἀλλὰ κὰμ μὲν γλῶσσα ἔαγε, λέπτον δ'
αὔτικα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν,
ὀππάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι, βομβεῦ-
σιν δ' ἀκοαί μοι·

μοι. – v. 4 – 5. Quum Msti Par. et Vat. duo habeant *γελᾶϊς* pro *γελαῖς*, i. e. *γελᾶν* (vid. Rost. gr. Gr. §. 77. annotat. 6. d.), equidem cum Herm. El. metr. p. 679. *φωνᾶσαί σ' ὑπακούει, καὶ γελᾶϊς* praeferendum censui, licet v. 3. edit. princeps et Msti Vat. duo *φωνούσας* offerant, et imitator Catull. 51. spectat et audit *dulce ridentem*, atque Horat. Od. I. 22, 23 et 24. dulce ridentem Lalagen amabo, dulce loquentem., hanc lectionem reddidisse videri possint; *φωνεύσας – γελώσας* Blomfield., *φωνεῦσαι – γελᾶϊς* Brunck. Inconcinne Egert. *φωνεύσας – γελάϊς*. – v. 5. *ἄμμαν* Herm., vid. ad Od. I. 11 et 17. – v. 7. Eleganter Herm. *ὡς γὰρ εἰςίδω βροχέ', ὥς με φωνᾶς Οὐδὲν ἔτ' ἴκει*, nam Msti Par. Vat. duo habent *σ' ἴδω*. Cf. Egert. – v. 10. Minus bene Blomfield. *ἐπιδεδρόμακεν*. – v. 11 et 12. Msti Vat. duo *ἐπιῤῥομβεῦσι δ' ἀκουαί*, quod recepit Herm. *ἐπιῤ-*

quo attenta mente audit cet., nam *ὑπακούειν* est ita audire, ut alter alteri se quasi accommodet. Contulit A. Schneid. cum hoc loco Petrarcam ita canentem:

Non sà come Amor sana, e come ancide,
Chi non sà, come dolce ella sospira,
E come dolce parla, e dolce ride.

v. 5. *ἐπτόασεν*, aor. pro praesenti *πτοεῖ*, vid. Rost. gr. Gr. §. 116. 4 et 5. Thiersch. gr. Gr. §. 291. 3. Usurpatur hoc verbum de animi motibus, qui graviter animum commovent ac percellunt, vid. Hom. Od. XXII. 298. *τῶν δὲ φρένες ἐπτοίηθεν*. Musae. 97. *ἔτρεμε μὲν κραδίην*. Apollon. Rhod. III. 962. *ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη στηθέων πέσεν*. – v. 7. *βροχέως*, Aeol. pro *βραχέως*, *ἐν βραχεῖ*. Verba ita iunge: *οὐδὲν φωνᾶς ἔτ' ἴκει με*, repente in me vocis nil amplius venit. Cf. Herodot. I. 47. *ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε* pro *ὀδμὴ ἦλθε ἐς φρένας ἐμάς*. Vid. Rost. gr. Gr. §. 104. 3. a. cum not. 4 (2). Matth. gr. Gr. §. 418. 3. a. – v. 9. *κὰμ μὲν γλῶσσα ἔαγε*, per tmesin, pro *κατέαγε μὲν γλῶσσα*, infringitur, torpet lingua, vid. Buttm. gr. Gr. mai. §. 123. not. 8., eiusdemque Gr. max. II. p. 63. Rost. gr. Gr. §. 116. 7. not. 1. – v. 10. *ὑποδεδρόμακεν χρῷ*, i. q. *ὑποδεδράμηκε χρῶτα*. Centies amoris flamma cum igne per membra diffuso solet comparari, vid. interprett. ad Horat. Od. III. 19, 28. Cf. Catull. L. 9. Lucret. de Rer. nat. III. 153 – 357. – v. 11. *ὀππάτεσσι*, Aeol. pro *ὀμμάτεσσι*, *ὄρημι* pro *ὁράω*. – *βομ-*

κὰδ δ' ἴδρως ψῦχρος χέεται, τρόμος δὲ
πᾶσαν ἀγρεῖ, χλωροτέρα δὲ ποίας
ἔμμι, τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεύσην
16 φαίνομαι [ἄπνους].

ῥομβεῦσι emendans. – v. 15. 'πιδεύσην Msti Par. et Ambros., quod receperunt Egert. et Herm. Vulgo 'πιδεῦσα, i. e. ἐπιδοῦσα, nihili fere indigens videor mori, i. e. parum abesse videor a moriendo. – v. 16. ἄπνους deest in omnibus Mstis et in editione prima, quare emisit Herm., qui postremos duos versus lenissimis mutationibus ita emendare et refingere censuit:

ἀλλὰ πᾶν τολματόν, ἐπεὶ χλιαίνῃ [pro πένητα]
πᾶσ', ὃ θαυμάζοις ἂν ἴσως, ὑπ' αὐτῶ.

Etenim lectio librorum Mss. haec fere est: ἀλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ καὶ πένητα οὐ θαυμάζοις ὡς ὑπ' αὐτό. Cf. Herm. Dissert. de pronomine αὐτός Beckii Actis Semin. Reg. Vol. I. p. 71. inserta.

βεῦσι δ' ἀκοαί μοι, pro βομβεῖ δ' ὠτά μοι, tintinant aures mihi, vid. Aristaenet. Epp. II. 13. οὐκ ἐβόμβει μοι τὰ ὦτα, ὅτε σοῦ μετὰ δακρύων ἐμεμνήμην. – v. 13. κὰδ δ' ἴδρως χέεται, pro καταχέεται δὲ ἱδρώς, sudor gelidus defluit, quem cum amoris affectu coniunctum esse nube exemplorum docuit Dorvill. ad Charit. p. 381. ed. Amst. Vid. Theocr. Id. II. 106 sq. πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον, ἐκ δὲ μετώπω Ἴδρώς μεν κοχύεσκεν ἴσον νοτίαισιν ἐέρσαις. Propert. II. 22, 11 et 12. Quae si forte aliquid vultu mihi dura negarat, Frigida de tota fronte cadebat aqua. Cf. Heinr. ad Mus. 173. – τρόμος δὲ πᾶσαν ἀγρεῖ, i. e. αἱρεῖ, tremor me totam occupat, nam πᾶσαν idem est, quod ὅλην, vid. Schrad. ad Mus. p. 336. et χλωροτέρα ποίας ἔμμι, pallidior sum herba, de colore herbarum flaccescentium transfertur ad lividum seu luridum faciei colorem, e vehementioribus animi affectibus, v. o. amoris, tristitiae, metus, irae, prognatum, cf. Hesiod. Sc. 265. Ἀχλὺς χλωρή. Hom. Il. VII. 479. χλωρὸν δέος. Ovid. Met. IV. 134. Oraque buxo pallidiora gerens exhorruit. Cf. Eichstad. Quaestion. philol. Spec. I. p. 62. Longus Pastor. I. 17. nostrum locum ob oculos habuisse videtur, χλωρότερον τὸ πρόσωπον ἦν πόας θερινῆς. – v. 15 et 16. τεθνάκην (Aeol. pro τεθνηκέναι, vid. Rost. gr. Gr. §. 75. annot. III. 7.) δ' ὀλίγω (i. e. ὀλίγου) 'πιδεύσην (pro ἐπιδεύσειν, h. e. ἐπιδεήσειν) φαίνομαι ἄπν., i. e. φαίνομαι ἄπν. ἐπιδεήσειν ὀλίγου, ὥστε τεθνάναι, exanimis mihi videor parum abesse a moriendo, vid. not. criticam. Ceterum de venustatibus huius carminis exposuit Longin. περὶ τοῦ ὕψους p. 66–68. ed. Mor. Cf. Herm. in Dissert. supra memorata.

ΗΡΙΝΝΗΣ ΩιΔΗ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΡΩΜΗΝ.

Χαῖρέ μοι, Ῥώμα, θυγάτηρ Ἄρηος,
χρυσεομίτρα, δαΐφρων ἄνασσα,
σεμνὸν ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς Ὄλυμπον
4 αἰὲν ἄθραυστον.
σοὶ μόνᾳ πρέσβειρα δέδωκε Μοῖρα
κῦδος ἀῤῥήκτω βασιλῆον ἀρχᾶς,

Od. I. Servavit nobis hoc elegantissimum carmen Stobaeus Tit. VII. p. 87., ubi in margine: Melinnus vel potius Erinnae Lesbiae in Romam; quam Erinnam non aequalem Sapphus fuisse, sed seriore tempore, quo civitas Romana iam erat ad summum magnitudinis suae fastigium evecta, vixisse oportuit. Cf. Lips. de magnitud. Rom. p. 16. cui »virile et plenum spiritus muliebre hoc carmen est.« Etenim non audiendos esse, qui hoc carmine Fortitudinem deam, non urbem Romam, celebratam censeant, post alios monuit Iacobs in libro, cui titulus: Lyrische Blumenl., p. 227 et 23. [Optime de huius carminis auctore et sensu, singulorumque verborum lectione et interpretatione disputavit F. Th. Welcker. in Creuzeri Meletem. Vol. II. p. 18. F. I.]. Metrum odarii est Sapphicum.

v. 1. θυγάτηρ Ἄρηος dicitur urbs Roma vel ob fortitudinem Romanorum, vel quod ab Remo et Romulo, Martis filiis, erat condita. – v. 2. χρυσεομίτρα, aurea mitra cincta, nam urbs tanquam persona cogitatur, cf. Oppian. Cyneg. II. 2., ubi Diana sic dicitur. Litera μ pronuntiatione duplicanda, ut litera ο producatur. – δαΐφρων ἄν. est regina belli perita, i. e. bellicosa. – v. 3. verba ita iungenda: ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς σεμνὸν Ὄλ., i. e. ἱερὸν Ὄλ. cet., vid. ad Od. Anacr. XXXVIII. 9. Dea urbis cognominis tutelaris in terra solio sceptrisque potitur, eique, ut diis Olympus, ita tellus est inconcussa sedes, ἄθραυστον, ἀεὶ ἀσφαλὲς ἕδος, vid. Hom. Od. VI. 42. – v. 5 sq. Sic construe: πρέσβειρα, i. q. πρέσβα, Μοῖρα δέδωκε σοὶ μόνᾳ βασιλ. κῦδος ἀῤῥήκτω ἀρχᾶς cet. Sensus est: imperium summum ac perpetuum tibi manet. – πρέσβειρα est veneranda, vid. Matth. ad hymn. in Ven. 32. et Ilgen. ad Scol. 27. p. 122., et κῦδος βασ. ἀρχᾶς

ὄφρα κοιρανῆον ἔχοισα κάρτος
ἀγεμονεύῃς.
σᾷ δ' ὑπὸ σδεύγλᾳ κρατερῶν λεπάδνων
στέρνα γαίας καὶ πολιᾶς θαλάσσας
σφίγγεται· σὺ δ' ἀσφαλέως κυβερνᾷς
ἄστεα λαῶν.
πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγιστος αἰών,
καὶ μεταπλάσσων βίον ἄλλοτ' ἄλλως,
σοὶ μόνᾳ πλησίστιον οὖρον ἀρχᾶς
οὐ μεταβάλλει.
ἦ γὰρ ἐκ πάντων σὺ μόνα κρατίστους
ἄνδρας αἰχματὰς μεγάλως λοχεύεις,
εὔσταχυν, Δάματρος ὅπως, ἀνεῖσα
καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν.

idem, quod *βασιλικὴν ἀρχήν*, sed verborum delectus multum habet iucunditatis. – v. 7. *κοιρανῆον*, pro *κοιρανήϊον*, *κοιράνειον*, ut *βασιλῆον* pro *βασιλήϊον*. – v. 8. *ἀγεμονεύῃς*, pro *ἡγεμονεύῃς*, absolute est dictum. – v. 9 - 12. Roma terram et maria potestati suae subiecit, quae tanquam personae eius iugo colla sua submisisse cogitantur, nam *σδεύγλα*, Aeol. pro *ζεύγλη*, est iugum, cui adiuncta sunt *λέπαδνα*, lora, quibus equi collum religatur, et *σᾷ ὑπὸ σδεύγλᾳ κρατ. λεπάδνων* elatum est pro *ὑπὸ σδ. τῶν σῶν κρ. λεπάδνων*, quibus pectora telluris et cani, i. e. spumantis aequoris constringuntur. Cf. Hom. Il. XX. 229. Od. V. 410. – *κυβερνᾷς*, de civitatibus moderandis, metaphora a navigatione petita, quo nihil est frequentius in utraque lingua, vid. Schütz. ad Aeschyl. Septem contra Theb. 2. et Eumenidd. 16. Erfurdt. ad Sophocl. Oed. T. 914. Cf. Soph. Antig. 163 sq. 191. [Bene Welcker. comparavit Agathiam Ep. 62. *σὺ δ', ὦ τέκος, ἄτρομε Ῥώμη, Βάλλε καθ' Ἑλλήνων σῆς ζυγόδεσμα δίκης*. F. I.]. Hinc mox v. 15. Roma cum navi comparatur, quae vento secundo, i. e. vela implente (*οὖρος πλησίστιος*) navigans cursu assiduo ad summum imperium tendit, cf. me ad Cic. Orat. Catil. I. 5. 12. – *μεγάλως*, i. e. *μεγάλους*, vid. ad Anacr. Od. XXXVIII. 9. – v. 19. Construe cum Iacobsio *ἀνεῖσα* (*φύουσα*) *εὔσταχυν καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν*, *ὅπως* (*οἷον*) *Δάματρος καρπόν*, nam seges fortium virorum cum copia segetum comparatur, quae proveniunt in agris. De praepos. *ἀπό*, quae redundare videtur, vid. ad Anacr. Od. LII. 10.

INDICES.

I. INDEX VERBORUM.

II. INDEX RERUM.

CORRIGENDA.

P. 3. v. 9. leg. XII. 8—10. pro 12. et v. 15. del. extr. lin. et scrib. XLIX. 23. ὑπὲρ ἀργύρῳ δ' ὀχοῦνται.

p. 4. v. 23. in V. L. leg. ἐς τί pro ἐστί.

p. 19. [Od. XIV. 17. Coniectura a me margini forte allita me invito in notis remansit. Deletam volebam. Rarior enim, et, si verum volumus fateri, incertior forma ληΐζω, pro qua ληΐζομαι in usu est. Nec vulgata correctione indiget, in qua λύειν positum videtur pro καταλύειν. F. I.]

p. 24. v. 1—5. extr. leg. LI. pro LII.

p. 26. v. 19. in V. L. leg. hic illic pro hinc illinc.

p. 41. v. 3. leg. Cat. 11, 10, 22. pro Cat. 10. 22.

p. 47. v. 45. in V. L. leg. 17 an 18. pro 17 et 18. et v. 8. cuiusdam pro cuiusdem.

p. 58. v. 14. in V. L. leg. κλάδον ἀμπέλου pro ἄμπελον.

p. 61. v. 10. in V. L. leg. Passov. pro Passow.

p. 71. v. 13. leg. iaculum pro iacalum.

p. 79. v. 6. in V. L. leg. οἶνον pro οἴνῳ.

p. 83. v. 20—43. leg. quos Steph. pro Steph. cet.

20May'60ER	RECEIVED
	JUN 1'67 -3 PM
MAY 6 1960	
REC'D LD	
JUN 9 1960	
25Jun'62TDF	
REC'D LD	
JUL 8 1962	
JUN 15 1967 7 2	